



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

CICERO MARCUS TULLIUS, *Epistolarum libri IV. Ad usum scholarum Societatis Iesu selecti*, Trento, Giacomo Antonio Vida, 1673.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, TT I k 9

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/244>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



M. TVLII
CICERONIS
EPISTOLARVM
LIBRI IV.
Ad vsum Schola-
rum Societatis
IESV se-
lecti.

Cum Priuilegio.



TRIDENTI,

Typis Iacobi Antonij Vidæ Impr. Epif.
Superiorum permissu. 1673.



M. T. CICERONIS
EPISTOLARVM
SELECTARVM
LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Continet hac epistola, omnium breuissima, gratulationem, beneuolentiam, officium.

CICERO BASILIO S. D.

I. 6. lib. epist. 15.

Tibi gratulor; mihi gaudeo; te amo: tua tueor. A te amari: & quid agas, quidque isthic agatur, certior fieri volo. Vale.

ARGVMENTVM.

Significat dolere suum ex Dolabella, generi sui, Tulliolag; filia valetudine.

M. TVLLIVS TERENCE SVÆ S. D.

II. 14. 9.

AD cæteras meas miseras accessit dolor è Dolabellæ valetudine, & Tullix: omnino de omnibus rebus, nec quid consilij capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam, & Tullix valetudinem cures. Vale.

ARGVMENTVM.

Permittit uxori, ut da nuncio remittendo consilium capiat ex tempore.

EPISTOL. SELECT.

TULLIUS TERENTIÆ SVÆ S. D.

III. 14. 13.

QVod scripsi ad te proximis litteris de nuntio remittendo, qua sit istius vis hoc tempore, & que conseratio multitudinis, non ignoras. Si metuendus iratus est, quies tamē ab illo fortasse nascetur; Torum iudicabis quale sit, & quod in miserimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. vj. Id. Quinctileis.

ARGVMENTVM.

Regat uxorem, ut valetudinem curet; laudat eius diligentiam, eaque ut deinceps utatur mandat.

M. TULLIUS TERENTIÆ SVÆ S. D.

IV. 14. 8.

S. V. B. E. Q. V. Valetudinem tuam velim cures diligentissime, nam mihi, & scriptum, & nuntiatum est, te in febrem subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris litteris certiorē, fecisti mihi gratum itē postulat, si quid opus erit, si quid acciderit noui, facies ut sciam. Cura ut valeas. DIV. Non. Iunias.

ARGVMENTVM.

Mandat, ut cum Attico colloquatur, litteras mittat.

M. TULLIUS TERENTIÆ SVÆ S. D.

V. 14. 10.

QVid fieri placeret, scripsi ad Pomponium seriùs, quam oportuit. Cum eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim. Appetitiùs scribi, quam ad illum scripseram, non necesse fuit. De ea re, & de cæteris rebus quam primùm velim nobis litteras mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. viij. Id. Quinctileis.

ARGVMENTVM.

Doloris index epistola.

TULLIUS TERENTIÆ SVÆ S.

VI. 14. 17.

Siquid haberem, quod ad te scriberē, facerem id, & pluribus verbis, & sæpius, nūc quæ sunt negotia, videt.

LIBER I.

3

des. Ego autē quomodo sibi affectus, ex Lepra, & Tre-
batio poteris cognoscere. Tu fac ut tuam, & Tullia va-
letudinem cures. Vale.

ARGUMENTVM.

*Mandat, ut in Tusculano omnia sint parata ad hospites
excipiendos.*

TULLIVS TERENCE SVÆ S. D.

VII. 14. 20.

IN Tusculanum nos vēturos putamus aut Nonis aut
postridie. Ibi fac ut sint omnia parata. Plures enim
fortasse nobiscum erunt, & ut arbitrator, diutius ibi cō-
morabimur. Labrum si in balineo non est, ut sit. Item
cetera quæ sunt ad victum, & ad valetudinem necessa-
ria. Vale. Kalend. Octob. de Venusino.

ARGUMENTVM.

*Scribit, ut qua tempus postulabit, prouideat, sibi que ab senti
administret, litterasque mittat.*

M. TULLIVS TERENCE SVÆ S. D.

VIII. 14. 21.

SI vales, bene est, ego valeo. Da operam ut conuale-
scas; quod opus erit, ut res, tempusque postulat,
prouideas, atque administres, & ad me de omnibus re-
bus quam sæpissimè litteras mittas. Vale.

ARGUMENTVM.

Dicit se tabellarios expellere: ut consilium capere possit.

TULLIVS TERENCE SVÆ S. D.

IX. 14. 22.

SI vales, bene est; ego valeo. Nos quotidie tabella-
rios vestros expectamus: qui si venerint, fortasse
erimus certiores quid nobis faciendum sit, faciemusque
te statim certiolem. Valetudinem tuam cura diligenti-
ter. Vale. Kalend. Septembribus.

A 3 AR-

4
EPISTOL. SELECT.

ARGUMENTVM.

TVLLIVS TERENTIE SVÆ S. D.

X. 14. 24.

SI vales bene est, ego valeo. Nos neque de Cæsaris aduentu, neque de litteris, quas Philotimus habere dicitur, quidquam adhuc certi habemus. Si quid erit, faciam statim certiore. Valetudinem tuam fac curés. Valle III. Id. Sextilis.

ARGUMENTVM.

Commendat L. Cuffidium.

M. TVLLIO CIC. L. F. RVFO PRÆT. VRB. 3.

XI. 13. 59.

L. Cuffidius est tribulis, & municeps, & familiaris meus. Is causam habet, quâ causam ad te deferet. Commendo tibi hominem, sicuti tua fides, & meus pudor postulat, tâtum, vt facileis ad te aditus habeat: quæ æqua postulabit, vt libente te impetret: sentiatque meâ sibi amicitiam, etiam cum longidimè absim, prodesse in primis apud te. Vale.

ARGUMENTVM.

Tullium ad se venisse dicit. sibi autem in animo esse, Ciceronem filium ad Cæsarem mittere.

M. TVLLIVS TERENTIE SVÆ S. D.

XII. 14. 12.

SI V. B. E. E. V. Tullia nostra venit ad me prid. Id. Iunias: cuius summa virtute, & singulari humanitate, grauiore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, vt longè alia in fortuna esset, atq; eius pietas, ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit faciam te certioré. Valetudinem tuam cura diligenter. xvij. Kalend. Quinctileis,

ARGUMENTVM.

Ferè consilium suum reprehendit, quòd viâ in Pharsalia Põpeio, in Italiã redierit, monet uxorem, ne ad ipsũ eat.

TVL.

CT.

S. D.

e de Cæsaris ad
imus habere d
quid erit, fu
quam fac curè

ÆT. VRB.

& familiar
ad te defere
s. & meus pr
us habeat; qu
entiatque me
m, prodesse

animo esse. C

S. D.

e prid. Id. Ii
humanitate
fa cum est
eq; eius pie
nimo, Cice
Sallustium.
dinem tuam

in Pharsa
ad ipm est.
TVL.

LIBER I.

5

TULLIUS TERENCE SVÆ S. D.

XIII. 14. 12.

Quod nos in Italiam saluos venisse gaudes, perpetuò gaudeas velim, Sed perturbati dolore animi, magnisque iniurijs metuo ne id cōsiliij reperimus, quod non facile explicare possimus. Quare, quantum potes, adiuua, quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore nihil est: & longum est iter, & non tutum: & nō video quid prodesse possis, si veneris. Vale. D. prid. Nonas Nou. Brundisio.

ARGVMENTVM.

Dicit se mutasse cōsiliū de mittēdo ad Cæsare Cicerone filio

TULLIUS TERENCE SVÆ S. D.

XIV. 14. 15.

Si vales, bene est. Cōstitueramus, vt ad te antea scripseram, obuiam Ciceronē Cæsari mittere: sed mutauimus cōsiliū, quia de illius aduentu nihil audiebamus. De ceteris rebus etsi nihil erat noui, tamē quid velimus, & quid hoc tepore putemus opus esse, ex Sica poteris cognoscere. Tullia adhuc mecū teneo. Valetudinē tuā cura diligēter. Vale XII. Kalen. Quinctileis.

ARGVMENTVM.

Scribit de litteris à Cæsare acceptis, de eius aduentu, de obuiam itione.

TULLIUS TERENCE SVÆ S. D.

XV. 14. 23.

Si vales, benē est: ego valeo. Redditæ mihi tandē sūt à Cæsare litteræ satis liberales: & ipse opinione celerius vēturus esse dicitur. Cui vtrū obuiā procedam, an hic eū exspectem, cum cōstituro faciā te certiorē. Tabellarios mihi velim quā primum remittas. Valetudinē tuam cura diligēter. Vale. D. Prid. Id. Sextileis.

A 4 AR-

De litteris, de Demetrio, da Aufidiano nomine.

TVIIIVS TIRONI S.

XVI. 16. 19.

EXspecto tuas litteras de multis rebus, te ipsū multo magis. Demetriū redde, nostrū. & aliud si quid potest boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor, scio tibi curæ esse; sed confice, & si ob eam rem moraris, accipio causam; si te id non tenet, aduola. Litteras tuas valde exspecto. Vale.

ARGVMENTVM.

De valetudine curando, de libris componendis, de olitore de reditu Tironis.

TVIIIVS TIRONIS.

XVII. 16. 20.

Sollicita, ira vitam, me tua, mi Tiro, valetudo; sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris; cito te firmū fore, libros compone, indicem, cum Metrodoro libebit; quando eius arbitratu viuendum est. Cum olitore, vt videtur. Tu potes Kalendis spectare, gladiatores, postridie redire; & ita censeo, Verū vt videbitur. Cura te, si me amas, diligenter. Vale.

ARGVMENTVM.

Cornelium Cuspianum Valerio commendat.

M. T. CICERO Q. VALERIO Q. F. S. D.

XVIII. 13. 7.

Publius Cornelius, qui tibi has litteras reddidit, est mihi à P. Cuspio commendatus, cuius causā quāto opere cupere, deberemque, profectò ex me facile cognouisti. Vehementer rogo, vt cures, vt ex hac commendatione mihi Cuspianus quam maximas, quam primum quam sapissimè gratias agat. Vale.

ARGVMENTVM.

Argumentum est de liberis, & de Voluptate.

IVL.

L I B E R I .

TULLIUS TERENTIÆ SVÆ S. D.

XIX. 14. 16.

SI vales, bene est, ego valeo. Et si eiusmodi tempora nostra sunt, ut nihil habeam, quod aut à te litterarum expectem, aut ipse ad te scribam: tamen nescio quo modo, & ipse vestras litteras expecto, & scribo ad vos, cum habeo qui ferat. Voluntas debuit in te officiosior esse, quam fuit: & id ipsum, quod fecit, potuit diligentius facere, & cautiùs: quamquam alia sunt, quæ magis curemus, magisque doleamus; quæ me ita conficiunt, ut ij voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt. Cura ut vales. F rid. Nonas Ianuarias.

ARGVMENTVM.

Dolorem significat ex sua valetudine, & difficultatem, quo minus possit propius accedere.

TULLIUS TERENTIÆ SVÆ S.

XX. 14. 19.

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tullia nostra: de qua nihil est, quod ad te plura scribam, tibi enim equè magnæ curæ esse certo scio, quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam antè fecissem, sed me multa impediunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt. Sed à Pomponio expecto litteras, quas ad me quam primùm perferendas cures velim. Da operam ut vales.

ARGVMENTVM.

Fusium commendat, quod antè presens presenti commendat.

CICERO S. D. MEMMIO.

XXI. 13. 3.

Avlum Fusium vnum ex meis intimis obseruantissimum, studiosissimumque nostri, eruditum hominem, & summa humanitate, tuæque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam

A 5 gratum

8 EPISTOL. SELECT.

gratum mihi id erit, quam quod gratissimum. Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in, perpetuum deuinxeris. Vale.

ARGUMENTVM.

Commendat Asclaponem medicum, ut amicum, ut doctum, ut saluelem.

M. CICERO SER. SVLPITIO S.

XXII. 13. 21.

Asclapone Patrensi medico vtor valde familiariter: eiusque cum cōsuetudo mihi iucunda fuit, tum ars etiam, quam sum expertus in valetudine meorū. In qua mihi cum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, beneuolentiaque satisfecit. Hunc igitur tibi commendo, & a te peto vt des operam, vt intelligat diligenter me scripsisse de sese, meamque commendationem vsui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

ARGUMENTVM.

Hagesaretum breuiter, sed accuratè commendat.

M. CICERO SER. SVLPITIO S. D.

XXIII. 13. 26.

Hagesaretus Larissæus magnis meis beneficijs ornatus, in consularu meo memor, & gratus fuit, neque postea diligentissime coluit. Eum tibi magnopere commendo, vt, & hospitem, & familiarem meum, & gratum hominem, & virum bonum, & principem ciuitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris si dederis operam, vt is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

ARGUMENTVM.

Commendat Piturnium Rufum.

CIC. ACILIO PROCOS. S.

XXIV. 13. 39.

CVM familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi

quadam dixerat.

CICERO TREBATIO S. D.

XXVII. 7. 23.

Illuferas heri inter Scyphos, quod dixeram, cōtrouersiam esse, posset ne heres, quod furtum antea factum esset, rectè furti agere. Itaque, & si domum bene potus, seroque redieram tamen id caput, vbi hæc controuersia est, notavi, & descriptum tibi misi: vt scires id, quod tu neminem sensisse dicebas. Sext. Ælium, M. Manilium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scæuolæ, & Testi assentior. Vale.

ARGUMENTVM.

Commendat duos hospites suos Ælianos.

CIC. ACILIO PROCOS. S.

XXVIII. 13. 33.

In Halefina ciuitate tam lauta, tamque nobili, conuictissimos habeo, & hospitio, & familiaritate M. & C. Clodios, Archagathum, & Philonem, sed vereor ne quia complures tibi præcipuè commendo, ex æquare videar ambitione quadam commendationes meas, quamquam à te quidem cumulatè satisfit, & mihi, & meis omnibus. Sed velim sic existimes, hanc familiam: & hos mihi maximè esse coniunctos vetustate, officijs, beneuolentia. Quamobrem peto à te maiorem in modum, vt his, omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fidesque patietur, commodes, id si feceris, erit mihi vehemētissimè gratum. Vale.

ARGUMENTVM.

Egnatium communem amicum commendat.

M. CIC. SILIO S. D.

XXIX. 13. 48.

Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? Sed tamen vt scires, eū à me non diligi solū, verum etiā amari, ob eā rem tibi hæc scribo. Omnium tuorum

tuorum officiorum, quæ, & multa, & magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat, & se à me, & me à te amari. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. Utamur igitur vulgari consolatione. Quid si hoc melius? sed hæc coram. Tu fac quod facis, ut me ames, teque amari à me scias. Vale.

ARGUMENTVM.

Omnes Cyprios, maximeque Paphios commendat.

M. C. C. SEXTILIO RVFO QVÆST. S. D.

XXX. 13. 48.

OMnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunq; commodaris, erunt mihi gratissima, eoque facio libentiùs, ut eos tibi commendem, quod tuæ laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cum primus in eam Insulam quæstor veneris, ea te instituere, quæ sequantur alij, quæ ut spero, faciliùs cõsequere, sic, & P. Lentuli necessarij tui legem & ea, quæ à me constituta sunt, sequi volueris, quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Vale.

ARGUMENTVM.

Oppium præsentem, & Egnatij absentis negotia commendat.

M. T. C. C. Q. PHILIPPO PROCOS S.

XXXI. 13. 74.

ET si non dubito pro tua in me obseruantia, proque nostra necessitudine, quin commendationem meâ memoria teneas: tamen etiam atque etiam eundem Titi L. Oppium, familiarem meum præsentem, & L. Egnatij familiarissimi mei absentis negotia commendo. tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasque, ut, si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat, me à te tantum amari, quantum ipse existimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes, idque ut facias, te vehementer rogo. Vale.

*Excusat infrequentibus litterarum: mandat ut credito-
ribus satisfiat, gratias illas à nescio qua non miratur.
Pollicem expectat.*

M. TVLLIVS TERENTIÆ SVÆ
ET TVLLIOLÆ SVÆ S. D.

XXXII. 14. 6.

Nec saepe est cui litteras demus, nec rem habemus
vllam, quam scribere velimus. Ex tuis litteris;
quas proximè accepi, cognoui, prædium nullum venire
potuisse. Quare videas velim, quomodo satisfiat ei, cui
scis me satisfieri velle. Quòd nostra tibi gratias agit, id
ego non miror te mereri, vt ea tibi merito tuo gratias
agere possit. Pollicem, si adhuc non est profectus; quam
primum fac extrudas. Cura vt valeas. Ibid. Quincti-
libus.

ARGUMENTVM.

*Scribit de sua sollicitudine, suoque ad Alyziam accessu;
vocat, vt valetudinem diligenter curet.*

TVLLIVS TIRONI S.

XXXIII. 16. 4.

Non queo ad te, nec lubet scribere, quo animo sim
affectus; tantum scribo, & tibi, & mihi maximè
voluptati fore, si te firmum quam primum videro. Ter-
tio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is locus est ci-
tra Leucadem stadia Cxx. Leucade aut te ipsum, aut
tuas litteras à Marione putabam me accepturum. Quàm-
tum me diligis, tantum fac vt valeas, vel quantum te à
me scis diligi. Nonis Nouembris Alyzia.

LIBER II.

ARGUMENTVM.

*Commendat Fabium à quinq; rebus, bonitate, doctrina,
ingentio, modestia, amicitia sua.*

M. CIC.

LIBER II. 13

M. CIC. IMP. M. COELIO ÆDILI CVR. S. D.

I. 2. 14.

Marco Fabio viro optimo, & homine doctissimo familiarissimè vtormirificeque eum diligo, cum propter summum eius ingenium summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Eius negotium sic velim suscipias, vt si esset res mea. Noui ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera vti velit. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinques si me amabis, cum tua opera Fabius vri volet. Ego res Romanas vehementer exspecto, & desidero: nprimisque quid agas, scire cupio, nam iam diu propter hiemis magnitudinem nihil noui ad nos asserbatur. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit se aduersis ventis Corcyre teneri: hortaturque Tironem, vt se curet nec nisi confirmatus nauiget.

TVLIVS ET CICERO S. D. TIRONI SVO.

II. 16. 2.

Septimum iam diem Corcyra tenebamur. Quintus autem pater, & filius Buthroti. Solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum, nec mirabamur nihil à te litterarum: ijs enim ventis istinc nauigatur, qui si essent, nos Corcyræ non sederemus. Cura igitur te, & confirma: & cum commodè, & per valetudinem, & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligit. Carus omnibus, exspectatusque venies. Cura vt valeas etiam atque etiam Tiro noster. Vale. XV. Kalend. Nou. Corcyræ.

ARGVMENTVM.

Hortatur, vt communem fortunam fortiter ferat.

A 8

M. CIC.

ACcepi per breues tuas litteras: è quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui: cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit, nam quam fortiter ferres communes miseras, non intellexi: quam me amares, facile perspexi: sed hoc scieram: illud si scissem, ad id meas litteras accommodassem. Sed tamen, et si antea scripsi, quæ existimaui scribi oportere: tamè hoc tempore te breuiter commonendum putauit, ne quo in periculo te proprio existimares esse, in magno omnes, sed tamen in communi sumus, quare non debes aut propriam fortunam, & præcipuam postulare, aut communem recusare. Qua propter eo animo sumus inter nos, quo semper fuimus, quod de te sperare, de me præstare possum. Vale.

ARGUMENTVM.

Pramonet Marium de aduentu suo in Pompeianum.

M. CIC. M. MARIO S. D.

IV. 7. 4.

AD Nonum Kalend. in Cumanum veni cum Libone tuo, vel nostro potius, in Pompeianum statim cogito: sed faciam te ante certiorum. Te cum semper valere cupio, tum certè dum hic sumus: vides enim quanto post vna futuri sumus. Quare si quid constitutum, cum podagra habes fac in alium diem differas. Cura igitur ut valeas: & me hoc biduo, aut triduo expecta. Vale.

ARGUMENTVM.

Litterarum officium à Trebatio requirit: monet, ne reditum in urbem præpropere cupias.

CICERO TREBATIO S. D.

V. 7. 9.

Iamdium ignoro quid agas, nihil enim scribis: neque ego ad te his duobus mensibus scripseram: quia cum
Quia-

Quinto fratre meo non eras, quò mitterem, aut cui darem, nesciebam. Cupio scire quid agas, & ubi sis hiematurus; equidem velim cum Cesare: sed ad eum propter eius occupationes nihil sum ausus scribere: ad Balbum tamen scripsi. Tu tibi deesse noli, serius potius ad nos, dum plenior: quod huc properes, nihil est, præferim. Vacerra mortuo, sed tibi consilium non deest: quid consistneris, cupio scire. Cn. Octavius, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, summo genere, natus, terræ filius, is me, quia scit tuum familiarem esse, crebrò ad cenam inuitat, adhuc non potuit perducere: sed mihi tamen gratum est. Vale.

ARGUMENTVM.

Declarat suum absentis Trebatij desiderium: & gratulatur de C. Martij familiaritate.

CICERO TREBATIO S. D.

VI. 7. 15.

Quam sint morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Molestè ferebam antea, te inuitum istic esse: pungit me tursus, quòd scribis te esse istic libèter, neque enim tum mea commédatione te non delectari facile patiebar: & nunc anger quidquam tibi sine ire esse iucundum. Sed tamen hoc malo nos ferre desiderium, quam te non ea, quæ spero, consequi. Quod verò in C. Martij suauissimi, doctissimiq; hominis familiaritatem venisti, non dici potest, quam valde gaudeam: qui fac, vt te quam maximè diligat. Mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura vi valeas.

ARGUMENTVM.

Prenuntiat Pato aduentum suum: quamquam enim audierit eum ex pedibus laborare, se tamen putare ait, coquam illius articulari morbo non impediri, quo minus cenam possit apparare.

CIC.

VII, 9. 23.

Heri veni in Cumanum: cras ad te fortasse. Sed cum certum sciam, faciam te paulò antè certiorè. Et si M. Ceparus, cum mihi in silua Gallinaria obuiam venisset, quasiffemque quid ageres, dixit te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares, tui scilicet molestè, vt debui: sed tamen constitui ad te venire, vt, & viderem te, & viferem, & cenarem etiam, non enim arbitror coquam etiam te arthriticum habere. Expecta igitur hospitè cum minimè edacem, tum inimicum cenis sumtuosis. Vale.

ARGVMENTVM.

Excusat se, quod in Senatuum ad agendam Plauci causam non venerit, & officium suum pollicetur in ijs rebus, quæ presentiam suam requirere videbuntur.

CIC. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

VIII. 10. 2.

Meum studiù honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset, si aut tutò in Senatuum, aut honestè venire potuissem, sed nec sine periculo quisquam libere de Rep. sentiens versari potest in summa impunitate gladiatorum: nec nostræ dignitatis videtur esse, ibi sententiam de Rep. dicere, vbi me, & meliùs, & propiùs audiant armati, quàm senatores. Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neq; studium meum desiderabis; ne in publicis quidem, si quid erit, in quo me interesse necesse sit, vnquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tue. Inijs autem rebus, quæ nihilominus ego vt absim, confici possunt, peto à te, vt mei rationem habere velis, & salutis, & dignitatis ineq; Vale.

ARGVMENTVM.

Laudat officium & diligentiam Bruti: voluptatem, latitantiq; cinnium significat ex Bruti Plancique coniunctione, eumque,

Eti mi
dus
collegæ
quod fecit
officio tuo,
concordiaq;
rata est sena
Quod super
sed tecum i
tim ad te, q
tuas vehem
maximè op

*Scridit se
Res, spem in*

Expectan
subito
lem. Ego aut
enim ad te n
terarum tibi
curus sum, te
spem omner
quem ego p
bellum con
adesset, in
cre, mi
Anaxio p
& vale. XI

rumque hortatur, ut in tuenda Rep. seipsum vincat.

M. T. CIC. S. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

IX. 11. 15.

ET si mihi tuæ litteræ iucundissimæ sunt: tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco collegæ mandasti, ut te Mihi per litteras excusaret, quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Coniunctio tua cum collega concordiaque vestra, quæ litteris communibus declarata est senatui, populoque Rom. gratissima accidit. Quod superest, perge mi Brute: & iam non cum alijs, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuitatis uti cogito. Litteras tuas vehementer exspecto, & quidem tales, quales maximè opto.

ARGUMENTVM.

Scribit se breuitatem in scribendo amare, Bruti exemplo. Reip. spem in ipso: & in Planco esse, de M. Bruto nihil certi.

M. CIC. S. D. D. BRUTO.

X. 11. 15.

EXpectanti mihi tuas quotidie litteras Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. Ego autem, etsi quid scriberem, non habebam (actæ enim ad te mitti sciebam: inanem autem sermonem litterarum tibi inuicundum esse, audiebam) breuitatem secutus sum, te magistro, Scito igitur, in te, & in collega spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhuc certum quem ego, quemadmodum præcipis, priuatis litteris ad bellum commune vocare non desino: qui utinam iam adesset, intestinum urbis malum, quod est non mediocre, minus timeremus. Sed quid ago non imitor *Λακωνισμοῦ* tuum altera iam pagella procedit, vince & vale. XIV. Kalend. Quintileis.

Locatur, quia Cornificius Sinuessana villa hospitio uti noluerat, & crebras ab eo litteras petit.

CIC. CORNIFICIO COLLEGE S.

XI. 12. 20.

GRATA mihi tuarum litterarum, nisi quod Sinuessanum diuerforiolum contempisti. Quam quidem contumeliam villa pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano, & Pompeiano reddideris *πὰντα τῆσι πάντων*. Sic igitur facies, meque amabis, & scripto aliquo laceffes ego enim respondere facilius possum, quam prouocare. Quid si ut es, cessabis, laceffam, nec tua ignauia etiam mihi inertiam afferet. Plura otiosus. Hæc cum essem in senatu exaravi. Vale.

ARGUMENTVM.

Commendat Anicium, eiusque negotia, & dignitatem.

CICERO CORNIFICIO S.

XII. 12. 21.

CAIUS Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africanam legatione libera. Eum velim rebus omnibus adiuues, operamque des, ut quam commodissime sua negotia conficiat: in primisque quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi commendo; idque à te peto, quod ipse in prouincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod diem acceperam, & cognoueram à summis viris factitarum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies: ceterisque rebus omnibus eius dignitati, rei que, si me amas, consules. Id erit mihi gratissimum. Da operam ut valeas.

ARGUMENTVM.

Anicij equitis Rom. Africana negotia commendat.

M.T.

Sed Anicij, & aliorum negotia. Et eorum in finibus seueritas facili negotia, quæ maiore studio, & potest. Pergamum intelligat, nec tibi. Hoc ut valeat. Petit, ut eas commoda.

CAio Anicij, & ipso negotia familiarissime. Quod sine tua moderata, quam propefectionem est ei demerenda, te te plus bino, quia si tua animo, quo ego esse gratissima in totum.

Castro
CI

Lucius Castor plane vir, & cum hoc ad rem pertinet.

M. T. CIC. S. D. CORNIFICIO.

XIII. 12. 27.

SEX. Aufidius, & obseruantia, qua me colit, accedit ad proximos: & splendore, equiti Rom. nemini cedit. Est autem ita temperatis, moderatisque moribus, ut summa seueritas summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quæ sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio, magisque ex animo commendare non possim. Pergatum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat; meas apud te litteras maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo. Vale.

ARGUMENTVM.

Petit, ut Euandro statuario de sacrarij habitatione accommodet.

M. CIC. S. D. C. MEMMIO.

XIV. 13. 2.

CAIO Auiano Euandro, qui habitat in tuo sacrario, & ipso multum vtor, & patrono eius M. Emilio familiarissimè. Peto igitur à te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes, nam propter opera instituta multa multorum, subitum est ei demigrare Kalend. Quint. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem: neque tamen dubito, quin, si tua nihil, aut non multum interfit, eos sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares, mihi certè gratissimum feceris. Vale.

ARGUMENTVM.

Castronium ex Lucensi municipio commendat.

CICERO BRUTO S.

XV. 13. 13.

LVCIUS Castronius Pætus longè princeps municipij Lucensis, est honestus, grauis, plenus officij, bonus planè vir, & cum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissi-

liarissimus, sic prorsus, ut nostri ordinis obseruet neminem diligentius. Quare ut meum amicum, & ut tua dignum amicitia tibi commendo, cui quibuscumque rebus commodaueris, tibi profecto iucundum, mihi, certe gratum. Vale.

ARGUMENTVM.

Cossinium libertum commendat.

M. CIC. SER. SVLPITIO S.

XVI. 13. 23.

LVcio Cossinio amico, & tribuli meo, valde familiariter vtor, nam, & inter nosmetipsum vetus vius intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit, itaque tota Cossinij domus me diligit, imprimisque libertus eius L. Cossinius Anchialus, homo, & patrono, & patroni necessarijs, quo in numero ego sum, probatissimus. Hunc tibi ita commendo, ut, si meus libertus esset, eodemque apud me loco esset, quo est apud patronum suum, maiore studio commendare non possem. Quare pregratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuueris. Id, & mihi vehementer gratum erit, & tibi postea iucundum: hominem enim summa probitate, humanitate, obseruantiaque cognosces. Vale.

ARGUMENTVM.

L. Manlium in hereditate fraterna, & omnibus in rebus commendat.

CICERO ACILIO PROCOS S.

XVII. 13. 30.

LVcius Manlius est Sufis: is fuit Catinensis, sed est vna cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, decurioque Neapoli, erat enim adscriptus in id municipium ante ciuitatem socijs, & Latinis datam. **K**ius frater Catinae nuper mortuus est, nullam omnino arbitra-

arbitra-
turum: &
rea nego-
fraternam
ipsum, vir-
studij lre
maximè de
sue non ve-
necessarijs
commendat

Petit, v-
mente mol-

SVmpsi h-
penitus
te familiarit-
tes est, de-
Patri seque-
esse con quã-
lum me: que
& natus. Q-
spem habes,
consultis, v-
sunt gratiss-
mihi da, atq-
rectum, vt a
molestia sua
det; & om-
amicitia, &
summaque

arbitramur de ea hereditate controuersiam eum habiturum: & est hodie in bonis. Sed quando habet præterea negotia vetera in Sicilia sua; & hanc hereditatem fraternam, & omnia eius tibi commendo, imprimisque ipsum, virum optimum, mihi que familiarissimum, his studijs litterarum, doctrinæque præditum, quibus ego maximè delector. Peto igitur abs te, vt cum siue adierit, siue non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeque necessarijs scias esse: itaque tractes, vt intelligat meam commendationem sibi adiumento fuisse, Vale.

ARGUMENTVM.

Petit, vt Manium Curium ab omni incommodo, detrimento molestia, integrum conseruet.

CIC. ARISTO PROCOS. S. D.

XVIII. 13. 50.

Sumpsit hoc mihi pro tua in me obseruantia, quam penitus perspexi, quamdiu Brundisij fuimus, vt ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem, si quæ res esset, de qua valdè laborarem. Manius Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris est, vt nihil possit esse coniunctius. Multa illius in me officia, multa in illum mea; quodque maximum est, summus inter nos amor, & mutuus. Quæ cum ita sint, si vllam in a micitia mea spem habes, si ea, quæ in me officia, & studia Brundisij contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere, quamquam sunt gratissima; si me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da, atque largire, vt Manium Curium tractum, & rectum, vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum, integrumque conserues. Et ipse spòdet; & omnes hoc tibi tui pro me recipient ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum, summamque voluptatem esse capturum. Vale.

*Primum agit gratias Thermo, quod Marcilium liberali-
fime tractauisset; deinde petit, operam det, ne socrus Mar-
cilij rea fiat.*

CICERO THERMO PROPRAET. S.

XIX.

13. 54.

CVM mihi multa grata sunt, quæ tu, adductus mea
cõmendatione, fecisti, cum in primis, quod M. Mar-
cilium, amici atque interpretis mei filium, liberalissime
tractauisti. Venit enim Laodicea, & tibi apud me mihi-
que propter te gratias maximas egit. Quare, quod reli-
quam est, à te peto, quâdo apud gratos homines benefi-
cium ponis, ut eò libentiùs his commendes operamque
des, quoad fines tua patietur, ut socrus adolescentis rea
ne fiat. Ego cùm antea studiosè commendabam Marci-
lium, tum multo nunc studiosius quod in longa apparitione
singularem, & propè incredibilem patris Marcilij
fidem, abstinentiam, inuestigamque cognoui, Vale.

ARGVMENTVM.

*Petit, ut C. Valgius emptam possessionem in agro Fregella-
no liberam, immunemque habeat.*

M. T. CIC. QUATTVOR VIRIS ET
DECVRIONIBVS S. D.

XX.

13. 76.

TANTÆ mihi cum Qv. Hippio causæ necessitudinis
sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quam nos inter
nos sumus. Quod nisi ita esset, vterer mea consuetudi-
ne, ut vobis nulla in re molestus essem. Etenim vos mihi
optimi testes estis, cùm mihi persuasum esset, nihil esse,
quod à vobis impetrare non possem, numquam me ta-
men grauem vobis esse voluisse. Vehementer igitur vos
etiam atque etiam rogo, ut honoris mei causa libera-
lissime C. Valgium Hippianum tractetis, remque cum
eo conficiatis, ut, quam possessionem habet in agro
Fregel-

Fregellano à vobis empram eam liberam, & immo em habere possit. Id si à vobis impetrato, summo me beneficio vestro affectum arbitrabor. Valere.

ARGUMENTVM.

C. Marcello de consulatu gratulatur; suamque illi dignitatem commendat.

M. CIC. PROCOS. C. MARCELLO

COS. DES. S. D.

XXI. 15. 8.

Maxima sum lætitia affectus, cū audiui, te cōsulē factum esse, eumque honorē tibi deos fortunare volo, atque à te pro tua, parētisq; tui dignitate administrari. Nā cū te semper dilexi, amantique, quod mei amantissimum cognoui in omni varietate rerum mearū, tū patris tui pluribus beneficijs, vel defensus tristibus tēporibus, vel ornatus secundis, necesse, est vt sim totus vester, & esse debeat; cū præfertim matris tuæ grauisimæ atque optimæ semine maiora erga salutē dignitatemque meam studia, quàm erant à muliere postulanda, perspexerim. Quia propter à te peto maiore in modum, vt me absentem diligas, atque defendas. Vale.

ARGUMENTVM.

Gratulatur C. Marcello de filio consule factō, erat autem collega Cicercnis in auguratu; ac libro quoque de iure augurali composuit lib. 2. de Dini, & Cavisus.

CIC. PROCOS. C. MARCELLO COLLEGÆ S. D.

XXII. 15. 9.

Marcellum tuum cōsulē factum, teque ea lætitiā affectum esse, quam maximē optasti, mirū in modum gaudeo, idque cū ipsius causa, tum quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico; cuius erga me singularem beneuolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi; totam denique domum vestram

24 EPISTOL. SELECT.

vestram vel salutis, vel dignitatis meæ studiosissimam, cupidissimamque cognoui. Quare gratum mihi feceris, si vxori tuæ Iunix, grauiissimæ, atque optimæ feminx, meis verbis eris gratulatus. A te id, quòd consueuisti, peto, vt me absentem diligas, atque defendas. Vale.

ARGVMENTVM.

Laudat Plancum de subsidio Reip. ferendo, & hortatur, vt Antonium ad Mutinam fufum persequatur, ac perdat.

CIC. PLANCO IMP. COS. DES. S.

XXIII. 10 14.

O Gratam famam biduo ante victoriam de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs. Atqui, etiã hoitibus fufis, spes omnis in te est, fugisse enim ex proelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minus gratum extrema delere, quàm prima depellere. Equidem expectabam iam tuas litteras, idque cum multis sperabamque etiam Lepidum temporibus admonitum, tecum Reip. satis esse facturum. In illam igitur curam incumbere, mi Plance, vt ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, & Remp. diuino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequere. III. Id. Maij. Vale.

ARGVMENTVM.

Agit gratias consuli Marcello, quòd supplicationem sibi decreuerit.

M. CIC. IMP. C. MARCELLO COS. S. D.

XXIV. 15. 11.

Quantæ tibi curæ meus honos fuerit, & quã idẽ exstiteris consul in me ornando, & amplificãdo, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo, etsi res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorũ omnium litteris. Itaque nihil est tantum quod ego nõ tua causa debeam, sed et tuque sim cum studio, cum libenter. Nam magni meritis, cui debeas: debere autẽ nemini ma-

ni mal
ficia par
dit, mea
ita Rem
vt, quant
dem ego
velim i
Ego, si m
ipfos Eto

Grati
quid sibi
datur.
M.

E T si
R
pissima
gijs, con
sum affe
rem tibi
que tuor
sens illu
proque t
cijs tibi
hi facul
prouinc
pro tua
a te per
iurix, ne
cedat,
studia c

ni malui, quàm tibi, cui me cum studia cōmunia beneficia paterna, tuaque iam antè coniunxerant; tum accedit, mea quidem sententia, maximum vinculum, quod ita Remp. geris, atque gessisti, quàm mihi carius nihil est, ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tātūdem ego vnus debeam, non recusem. Quamobrem tibi velim ij sint exitus, quos mereris, & quos fore cōfido. Ego, si me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, ut spero, videbo. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de consulatu, petitque ut operam det, ne quid sibi temporis ad suum annum prouinciale munus addatur.

M. CIC. IMP. L. PAVLO. COS. DES. S.

XXV. 15. 12.

ET si mihi numquam fuit dubium, quin te populus Rom. pro tuis sūmis in Remp. meritis, & pro amplissima familia, dignitate, summo studio, cūctis suffragijs, consulem facturus esset: tamen incredibilem lætitiarum affectus, cum id mihi nūtiatum est: eumque honorem tibi deos fortunare volo, à teque ex tua, maiorumque tuorum dignitate administrari. Atque vtinam præsens illum diem, mihi optatissimum, videre potuissem; proque tuis amplissimis erga me studijs, atque beneficijs tibi operam meam, studiumque nauare. Quam mihi facultatem quando hic nec opinatus, & improuisus prouinciæ casus eripuit: tamen vt te consulem Remp. pro tua dignitate gerentem videre possim, magnopere à te peto, vt opera des, & efficias, ne quid mihi fiat iniuriæ, neue quid temporis ad meum annum munus accedat, quod si feceris magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

AR-

ARGVMENTVM.

Narrat, quàm periculosum sit Tironi post morbum in viam se dare, exigitque solitam eius operam in studijs.

TVLLIVS TIRONI S.

XXVI. 16. 12.

EGO verò cupio te ad me venire, sed viâ timeo Grauiſſimè agrotasti, inedia, & purgationibus, & vi ipsius morbi cōsumptus es. Graues solent offensiones esse ex grauib; morbis, si qua culpa commissa est. Iâ ad id biduum quod fueris in via dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano ad iij. Kal. esse volo, ibi te vt firmū offendâ, mi Tiro, effice. Litterulæ mex, siue nostræ tui desiderio oblanguerunt, hæc tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paullum sustulerû. Pompeius erat apud me, cûm hæc scribebam, hillare, & libenter ei cupièti audire nostra, & dixi, sine te omnia mea muta esse, tu, musis nostris, para, vt opera recidas. Nostra ad diem dictam fient, docui enim te, fides *ε' τ' υ' μ' ω* quod haberet. Fac planè vt voleas, nos adsumus, Vale xiv. Kal.

ARGVMENTVM.

Suam de Tironis valetudine sollicitudinem significat.

TVLLIVS TIRONI S.

XXVII. 16. 13.

AEGYPTA ad me venit pridie Id. Apr. is etsi mihi nō triauit, te planè febrī carere, & bellè habere, tamen quòd negauit, te potuisse ad me scribere, curâ mihi attulit, & eo magis, quòd Hermia, quem eodem die venire oportuerat, noc venerat. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine; qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem, si iam putarem libèter te legere posse, ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibi que conseruandum. Ce-
ra te etiam atque etiam diligèter, Vale. Scripta iâ epistola

Stola H
tibus lie
Egyptas
est mihi d
quo utere

Tirone agr
dicit eumq

ANd
ra
miserijs:
do te hal
lectation
te videre
poscet, p
te animo
me dilige
que, prop
te animo v
me a causa
modiis rib
forum ad
ris. Etiam a

Vere

V Artic
na p

*morbum in
studij.*
sola Hermia venit. Accepi tuam epistolam vacillan-
tibus litterulis, nec mirum, tam graui morbo. Ego ad
Aegyptum remisi, quod nec inhumanus est, & te visus
est mihi diligere, vt is tecum esset, & cum eo cocum, &
quo vterere Iterum vale.

ARGVMENTVM.

*Timeo Gra-
tus, & vi ip-
siones e-
ta est. Ia a-
num veni-
te. Ego in-
nu offendi,
ui desidero
caustus at-
at apud me,
cupienti au-
uta esse, ta-
ad diem o-
rod haberet.
Kal.*

*Tirone agrotante, litterarum suauitate, & fructu se carere
dicit eumq; rogat vt omne curam ad conualescendum adhibeat.*

TVLLIVS TIRONI S.

XXVIII. 16. 14.

Andricus postridie ad me venit, quam expecta-
ram. Itaque habui noctem plenam timoribus ac
miserijs: tuis litteris nihilo su factus certior; quo mo-
do te haberes; sed tamen sum recreatus. Ego omni de-
lectatione, litterisque omnibus careo, quas ante, quam
te videro, attingere non possum. Mercedis, quantum
poscet, promitti iubeto, id scripsi ad Mummiu. Audio
te animo angere, & medicum dicere, ex eo te laborare. Si
me diligis, excita ex somno tuas litteras, humanitate-
que, propter quam mihi es charissimus. Nunc opus est
te animo valere; vt corpore possis, id cum tua, tum
mea causa facias, a te peto. Acastum retine, quo com-
modius tibi ministretur: conserua te mihi, dies promif-
forum adest; quem etiam representabo, si aduene-
ris. Etiam atque etiam vale. iij. Id. hora iij.

ARGVMENTVM.

Perè tota est hortatio ad curandam valetudinem.

TVLLIVS TIRONI S. P. D. ET

CICERO F. ET Q. PATER

ET Q. F.

XXIX. 16. 6.

Varie sum affectus tuis litteris, valde priore pagi-
na perturbatus, paullum altera recreatus. Quare
nunc

significat.

*erfi mihi
habere, u-
ere, curam
n eodem de
sum sollici-
tis, ego ite-
putarem
d ego man-
tandum. O-
ripta ia ep-
sola*

nunc quidē nō dubito, quin, quoad planē valeas te neque navigationi, neque viæ committas : satis te mature videro, si planē confirmatū videro. De medico, & tu bene existimari scribis, & ego sic audio. Sed planē curationes eius non probo, ius enim dandum tibi nō fuit cū *κακιστος* *μαχος* esses. Sed tamen, & ad illū scripsi accuratē, & ad Lysonem. Ad Curium verò, suauissimum hominem, & summi officij, summæque humanitatis multa scripsi: in his etiam, vt si tibi videretur: te ad se trāsferret. Lyso enim noster, vereor, ne negligētior sit: primū, quia omnes Greci: deinde, quod, cū à me litteras accepisset, mihi nullas remisit, sed eū tu laudas: tu igitur quid faciendum sit, iudicabis. Illud mi Tiro, te rogo, sumptui ne parcas vlla in re, qua ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium. quod dixisses, daret medico, ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. Innurcrabilia tua sunt in me officia domestica, forensia, urbana, prouincialia: in re priuata, in publica: in studijs, in litteris nostris: omnia viceris, si, vt spero, te validum videro. Ego putō te bellissimē, si rectē erit, cū questore Mescinio decursurum, non inhumanus est, teque vt mihi visus est, diligit. Et cū valetudini tuę diligentissimē consulueris, tum, mi Tiro, consulto, navigationi, nulla in re iā te festinare volo, nihil laboro, nisi vt saluus sis. Sic habeto, mi Tiro, neminē esse, qui me amet, quin idem te amet: & cū tua, & mea maximē interest te valere, tum multis est curæ: adhuc, dū mihi nullo loco deesse vis, numquam te cōfirmare potuisti. nunc te nihil impedit: omnia depone; corpori serui. Quātam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Vale mi Tiro, vale. Vale & salue. Lepra tibi salutem dicit, & omnes, Vale. VII. Id. Nou. Leucade.

Comm
equitem
M. T. CI

A Vlt
ti
vtor val
dore, &
tione gr
re propt
dinem ve
gratiosu
rogo, com
procurato
de eius re
cum ita tr
non vulga

Cum re
libertum
TVI
H

V Ide
fu
dixerit te
opus: fa
Leucadē
bis quid t

LIBER III. ²⁹

ARGVMENTVM.

Commendat A. Trebonium,amicum suum, splendidum equitem Romanum.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCONSVLI S. D.

I. 1. 3.

AVlo Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia, & ampla, & expedita habet multos, annos vtor valdè familiariter. Is cù antea semper, & suo splendore, & nostra, ceterorumque amicorum commendatione gratiosissimus in prouincia fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem, nostramque necessitudinem vehementer confidit, his meis litteris se apud te gratiosum fore. Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo, commendoque tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam; imprimisque vt, quæ T. Appius de eius re decreuit, ea comprobes: omnibusque rebus eum ita tractes, vt intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

ARGVMENTVM.

Cùm rediret Romam Cicero ex Cilicia, agrum Tironem libertum Patris reliquit: quem rogat, vt valetudinē curet.

TULLIVS ET CIC. F. ET Q. TIRONI
HVMANISSIMO ET OPTIMO. S.P.D.

II. 16. 1.

Vide, quanta sit in te suauitas, duas horas Thyrei fuimus. Xenomenes hospes tã te diligit, quàm si dixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus: facturũ puto, mihi placebat, si firmitior esses, vt te Leucadè deportares, vt ibi te planè confirmares. Videbis quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volubam

30 EPISTOL. SELECT.

lebam ad te Marionem remittere, quæ cum meliusculè tibi esset, ad me mitteres; sed cogitanti, vnas litteras Marionè afferre posse me autè crederas expectare. Pòteris igitur, & facies, si me diligis, vt quotidie sit Aca-
 sus in portu. Multi erūt, quibus rectè litteras dare pos-
 sis, qui ad me libenter perlerant, equidem Patras euntē
 neminè prætermittam. Ego omnem spem tui diligēter
 curadi in Curio habeo, nihil potest illo fieri humanius
 nihil nostri amari. Et te totum trade, malo te paullo
 post valentē, quā statim imbecillū videre. Cura igitur
 nihil aliud, nisi vt valeas cetera ego curabo. Et si atque
 etiam vale. Leucadē proficiscens vij. Id. Nouemb.

ARGVMENTVM.

*Tota videtur esse consolatoria epistola. Consolatur enim Len-
 tulum ex comparatione temporum suorum, cum in exilium
 pulsus: ad extremum & patriam, & dignitatem restitue-
 rit. Et brevis est epistola, quia Pollio ad Lentulum
 ibat, omnia narraturus.*

M. T. CICERO P. LENTULO PROCOS. S.

III. 1. 6.

QUæ gerantur, accipies ex Polliene, qui omnibus
 negotijs nō interfuit solum, sed & præiuit. Me in
 summo dolore, quem in tuis rebus capio maximè scilicet
 cōsolatur spes, quod valde suspicor fore, vt infringatur
 hominum improbitas, & cōsilijs tuorum amicorum,
 & ipsa die, quæ debiliter cogitationes, & inimicorum,
 & proditorum, facillè secūdo loco me cōsolatur
 recordatio meorum temporum quorum inuaginem
 v ideo in rebus tuis. Nam etsi minore in re violatur tua
 dignitas, quam mea salus afflicta sit, tamen est tāta similitudo,
 vt sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim,
 quæ ne tu quidem vniquam iuuanda duxisti. Sed
 præsta te eum, qui mihi à te tenetis, vt. G. C. I. dignos, vna
 guicū-

guiculis
 plitudinē
 studia offic
 Vale.

Gratulatio
 tra Rom. co
 laudem con
 hortatur.
 M.

Hæc r
 auc
 antea) in
 quia non
 co sit laus
 spectu: quæ
 clarissima
 refectio, grat
 si cetero r
 noni homi
 veneris, n
 ita iam
 ce ne sint
 alijs. Tu ta
 spectas, ea p
 ro debent,
 temporibus
 ac libertat

Narrat. se
 scribit de d

guiculis es cognitus. Illustrabit (mihi credo) tuam amplitudinem nominum iniuria. A me omnia summa in te studia officiaque exspecta, non fallam opinionem tuam. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Curioni, quod, & Roma non sit, ubi multa contra Remp. committuntur, & ibi sit, ubi ex rellò factis magnam laudem consequatur: postremò eum ad suscipiendam Remp. hortatur.

M. T. CICERO CVRIONI S. P. D.

IV. 1. 5.

HÆc negotia quomodo se habeant ne epistola quidè audeo narrare tibi. Etsi vbiçunque (vñ scripsi ad te antea) in eadem es naui: tamen quod abes, gratulo, vel quia non vides ea, quæ nos, vel quod excello, & illustri loco sit laus tua, in plurimorum, & sociorum, & ciuium cõspectu: quæ ad nos nec obscuro, nec vario sermone, sed, & clarissima, & vna omnium voce perfertur. Vnum illud rescio, gratulerne tibi an timeam, quod mirabilis est exstectatio reditus tui: non quòd verear, ne tua virtus opiniononi hominum non respondeat, sed me hercule, ne, cum veneris, non habeas iam, quod cures: ita sunt omnia detrita iam, & propè extincta. Sed hæc ipsa nescio rectè ne sint litteris commissa, quare cõetera cognosces ex alijs. Tu tamen siue habes aliquam spem de Rep. siue desperas, ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo ciue, ac viro debent, qui sit Remp. afflictam, & oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus, in veterem dignitatem, ac libertatem iudicaturus. Vale.

ARGVMENTVM.

Narrat, se diligentiam adhibuisse, ne Sextio succederetur: adscribit de domo à se empta,

B. M. T.

tium ex sententia confecisse. Idque quam primum vt efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

ARGUMENTVM.

Commendat Aulanum Flaccum.

M. CICERO T. TILIO T. P. LEGATO S. D.

XI. 13. 77.

ET si non dubito, quin apud te mea commendatio præma fatis valeat: tamè obsequor homini familiarissimo C. Aulano Flacco; cuius causa omnia tum cupio, tum me hercule etiam debeo, de quo, & præsens tecum egi diligenter, cum tu mihi humanissime respondiſti; & scripsi ad te accuratè antea, sed putat interesse suâ, me ad te quâ sæpiſſimè scribere. Quare mihi ignoscas, si illius voluntati obtèperans, minus videbor meminisse constantiæ tuæ. A te idem illud peto, vt de loco, quo deportet frumentû, & de tẽpore Aulano commodes. Quorum vtrumque per eundem me obtinuit triënium, dum Pompeius isti negotio præfuit. Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curâris vt Aulanus, quando se à me amari putat, me à te amari sciat, erit id mihi pergratum. Vale.

ARGUMENTVM.

Petit, vt Democritum Sicyonium in suam fidem recipiat.

M. CIC. ALLIENO PROCOS. S.

XII. 13. 78.

Democritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam quod non multis contingit, Græcis præsertim, valdè familiaris, est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas, & obsequantia, meque præ ceteris, & colit, & obseruat, & diligit: eum tu non modò suorum ciuium, verum etiam, pænè Achaiz principem cognosces, huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio, cognigum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum

gnam riu
à te vt h
liccare o
quod con
que cogn
habeas, et

Gratul
præterita
familiaria

Dol
tu
se: & ille
lis. Nu
antea in r
mihi: satis
gratulor
quam gr
ro, alte
quando
vit, est tu
ris, obli
viues ne
fisti rei
esset pu
te mihi
valdè g
tum me
enim fa
esse yol

gnam tuæ amicitia atque hospitio iudicabis. Peto igitur à te vt his litteris lectis, recipias eum in tuam fidem: polliceare omnia te facturum mea caussa. De reliquo, si, id quod confido fore, dignum eum tua amicitia, hospitioque cognoueris, peto, vt eum complectare, diligas, in tuis habeas, erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

ARGUMENTVM.

Gratulatur de reditu in patriam impetrato: hortatur, vt praterita ex animo doleat, dignitatisque recuperationem rei familiaris iactura anteponat.

M. T. CICERO TREBIANO S. D.

XIII. 6. II.

Dolabellam antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram, nec enim acciderat mihi opus esse: & ille mihi debebat, quod non defueram eius periculis. Nunc tanto sum deictus eius beneficio, quod, & antea in te, & hoc tempore in salute tua cumulatissimè mihi satisfecit, vt nemini plus debeam. Qua in re tibi gratulor ita vehementer, vt te quoque mihi gratulari, quàm gratias agere malim, alterum omnino non desidero, alterum verò facere poteris. Quod reliquum est, quando tibi virtus, & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, est tuæ sapientiæ, magnitudinisque animi, quid amisisti, obliuisci, quid recuperaris, cogitare. Viues cum tuis, viues nobiscum. Plus acquisuisti dignitatis, quàm amisisti rei familiaris, quæ ipsa tum esset iucundior, si vlla res esset publica. Vestorius noster familiaris ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Hæc prædicatio tua mihi valdè grata est: eaque te vti facile patior, cum apud alios, tum me hercule, apud Sironem, nostrum amicum. Quæ enim facimus, ea prudentissimo cuique maximè probata esse volumus. Te cupio videre quàm primùm. Vale.

me plura scribere, quàm mihi necesse sit eius salutem, & fortunas, quibuscunque rebus possim, tueri, vides. Reliquum est, vt, cum cognorim pluribus rebus, quid tu, & de bonorum fortuna, & reip. calamitatibus scires, nihil à te petam, nisi vt eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habiturus esses, tantus cumulus accedat cõmendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

ARGUMENTVM.

Scribit de suo studio erga salutem Ampij exulantis; bonamque spem habere iubet.

CICERO AMPIO BALBO S.

VIII. 10. 29.

DE meo studio erga salutem, & incolunitatem tuam credo te cognosse ex litteris tuorum: quibus me cumulatissime satis fecisse certò scio. Nec ijs concedo, quàm sunt singulari in te benevolentia, vt te saluum malint, quàm ego. Illi mihi necesse est concedant, vt tibi plus quàm ipsi, hoc tempore prodesse possim, quod quidem, nec destiti facere, nec desistã, & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci salutis tuæ. Tu fac bono animo, magnopis, meq; tibi nulla in re defuturum esse confidas. Prid. Non Quintileis. Vale.

ARGUMENTVM.

Gratias agit, & suo, & Pompeij nomine de Luceio benignissimè tractato, eundemque denuò commendat.

M. CIC. L. CVLLEOLO S. D.

IX. 13. 41.

QUÆ fecisti L. Luceij causa, scire te planè volo, te homini gratissimo commodasse, & cum ipsi, quæ fecisti, pergrata sunt, tum Pompeius, quotiescunque me videt (videt autem sæpissimè) gratias tibi agit singulares, addo etiam illud, quod tibi iuctundissimum esse certò scio

tò scio, me ipsum ex tua erga Luccium benignitate, maxima voluptate affici. Quod superest, quamquam mihi non est dubium, quin cum antea nostra causa nunc iam tuæ constantiæ gratia mansurus sis in eadem ista liberalitate; tamen abs te vehementer etiam atque etiam peto, ut ea, quæ initio ostendisti, deindeque fecisti, etiã ad exitum augeri, & cumulari per te velis, id, & Luccio & Põpeio valde gratum fore, teque apud eos præclarè positurum, confirmo, & spondeo. De rep. deque his negotijs, cogitationibusque nostris perscripseram ad te diligèter paucis antè diebus; eaque litteras dederam pueris tuis. Vale.

ARGUMENTVM.

Patit à Thermo, ut Anneium, legatum suum remittat, tumque in negotio suo commendat.

CIC. THERMO PROPÆT. S.

X. 13. 57.

QVO magis quotidie ex litteris, nuntijsque bellum, magnum esse in Syriacognosco, eò vehementius à te pro nostra necessitudine contendo, ut mihi M. Anneium legatum primo quoque tempore remittas, nam eius opera, consilio, scientia rei militaris vel maxime intelligo me, & reimp. addiuuari posse. Quod nisi tanta res eius ageretur, nec ipse adduci potuisset, ut à me discederet: neque ego, ut eum à me dimitterem, Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter Kalend. Maias, antè eam diem Anneius ad me redeat, oportet. Illud quod tecum, & coram, & per litteras diligentissimè egi, id, & nunc etiam atque etiam rogo, curæ tibi sit, ut suum negotium, quod habet cù populo Sardiniano, pro causæ veritate, & pro sua dignitate cõficiat, intellexi ex tua oratione, cù tecum Ephesi locutus sum, te ipsius Anneij causâ omnia vele: sed tamen sic velim existimes, te mihi nihil gratius facerè posse, quàm si intellexero per te istû ipsû negotium

CVM ad me Decius librarius tuus venisset, egissetque mecum, ut operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur: quamquam illum hominem frugi, & tibi amicum existimabam: tamen quòd memoria tenebam, cuiusmodi ad me litteras antea misisses, non satis credidi homini prudenti tam valde esse mutatam voluntatem tuam, sed posteaquam, & Cornelia tua Terentiam conuenit, & ego cum Q. Cornelio locutus sum: adhibui diligentiam, quoriscumque senatus fuit, ut adessem: plurimumque in eo negotij habui, ut Q. Fufium Tribunum, plebis, & ceteros, ad quos tu scripseras, cogere mihi potius credere, quam tuis litteris. Omnino res tota in mensem Ianuarium reiecta erat, sed facile obtinebatur. Ego, tua gratulatione commotus, quod ad me pridem scripseras, velle te bene euenire, quòd de Crasso domum emissem: emi eam ipsam domum tricies quinquies aliquanto post tuam gratulationem. Itaque nunc me scio tantum habere aris alieni, ut cupiam coniurare, si quis me recipiat: sed partim odio inducti me excludunt, & apertè vindicem coniurationis oderunt: partim non credunt, & à me insidias metuunt, nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione senatores eximerit, omnino semissibus magna copia est. Ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus; ut bonum nomen existimer. Domum tuam, atque ædificationem omnem perspexi, & vehementer probavi. Antonium, etsi eius in me officia omnes desiderant, tamen in senatu grauissimè, ac diligentissimè defendi, senatumque vehementer oratione mea, atque auctoritate commoueri. Tu ad me velim litteras crebrius mittas. Vale.

ARGUMENTVM.

Lepidum quasi molli brachio obiurgat, quia summis honoribus à senatu ornatus, gratiarum agendarum officium neglexerat cum pacem inter Antonium, & bonos ciues conciliare cupientem hortatur, ne se interponat.

M. T. CICERO M. LEPIDO S. D.

VI. 10. 27.

Quod mihi pro mea summa erga te beneuolentia magna cura est, ut quam amplissima dignitate sis moleste tui te senatui gratias non egisse, cum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter ciues conciliandæ cupidum esse lætor, pacem eam si à seruitute sciugis, cõsules, & Reip. & dignitati tuæ: sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est; hoc animo scito esse omnes sanos, ut mortem seruituti anteponant. Itaque sapientius meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones, quæ neque senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex alijs, aut certior fies litteris. Tu pro tua prouidentia, quid optimum factu sit, videbis.

ARGUMENTVM.

Breuis est epistola, sed perfecta commendationis exemplum.

M. T. CICERO T. FURFANIO

PROCOSS. S. D.

VII. 6. 9.

CVM A. Cæcina tanta mihi familiaritas, consuetudoque semper fuit, ut nulla maior esse possit, nam & patre eius claro homine, & forti viro plurimum vsi sumus, & hunc à puero, quod, & spem mihi magnam affererat summæ probitatis, summæque eloquentiæ: & vivebat mecum coniunctissimè, non solum officijs amicitiz, sed etiam studijs communibus, sic semper dilexi, ut non vilo cum homine coniunctius viuerem. Nihil attinet.

B 2 me

ARGUMENTVM.

*Mirum declarat desiderium cum Bithynice vinendis & dicit,
se esse illi amore coniunctissimum.*

CIC. BITHYNICO S. D.

XIV. 6. 17.

CVM ceterarum rerū causa cupio esse aliquādo temp. constitutam: tū velim mihi credas, accidere id etiā, quo magis expectum promissum tuum, quo in litteris veteris, scribis enim si ita sit, te mecum esse victurum. Gratiſſima mihi tua voluntas est: facis nihil alienum necessitudine nostra, iudicijſque patris tui de me, summi viri, nā sic habeto, beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus valuerunt, aut valeant, coniunctiores tecum esse, quā me necessitudine neminem. Quamobrem grata mihi est, & memoria tua nostræ coniunctionis, & eius etiam augendæ voluntas. Vale.

ARGUMENTVM.

*Monet Toranium, ut in Sicilia commoretur, quoad scire,
possit, quid sibi agendum sit, clausula consolationis nescio quid
cantinet.*

CICERO TORANIO S. D.

XV. 6. 10.

DEderam triduo ante pueris Cn. Plancij litteras ad te; eo nunc ero breuior: teque ut ante consolabar, hoc tempo te monebo. Nihil puto tibi esse vtilius, quā ibidem opperiri, quod scire possis, quid tibi agendum sit. Nam præter nauigationis longæ, & hiemalis, & minimè portuosæ periculum, quod vitaueris, ne illud quidem negligendum, quamuis subito, cum certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci: nihil est præterea, cur aduenientibus te offerre gestias. Multa præterea metuo, quæ cum Chilone nostro communicau. Quid multa? loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti, ex quo

¶ PRO.

te quocunque opus erit, facillimè, & expeditissime con-
feras. Quod si recipiet ille se; aderis: sin (quoniam mul-
ta accidere possunt) aliqua res eum vel impediet, vel mo-
rabitur, tu ibi eris, vbi omnia scire possis hoc mihi pro-
fus valde placet. De reliquo vt te sæpe per litteras horta-
tus sum, ita velim tibi persuades, te in hac causa nihil ha-
bere, quod timendum sit, præter communem casum ciuita-
tis, qui etsi est grauissimus, tamen ita viximus, & id ætatis
iam sumus, vt omnia, quæ non nostra culpa nobis accideret
fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, summaque
pietate te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu, & cura, vt
valeas, & te istinc ne temere commoueas.

ARGVMENTVM.

*Trebatium, desiderium vrbis vix ferentem hortatur, vt vr-
bis, vrbauitatisque memoriam, quasi quasdam ineptias, abij-
ciat, & de prouincia, quæ se contulerat, tum spe beneficiorum,
tum constantia causa cogitet.*

CICERO C. TREBATIO S. D.

XVI. 7. 6.

IN omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem aut ad Bal-
bum mitto legitime quædam est accessio commen-
dationis tuæ, nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni iudicio
meæ erga te beneuolentiæ. Tu modo ineptias istas, & desi-
deria vrbis, & vrbauitatis deponere: & quo cõsilio profectus
es, id assiduitate, & virtute cõsequere. Hoc tibi tam igno-
scemus nos amici, quàm ignouerunt Medæ, quæ Corin-
thi arcem altam habebat, matronæ opulentæ optimates:
quibus illa manibus gypsatis per-suasit, ne sibi illæ vi-
tio verterent, quod abesset à patria. NAM MVLTIV suam
rem bene gessere, & publicam, patria procul. Multi do-
mi qui ætatem egerunt propterea sunt improbari. Quo
in numero tu certe fuisses, nisi te extruissemus. Sed plu-
ra scribemus alias. Tu qui ceteris cauere didicisti, in Bri-
tannia ne ab esse dârijs decipias cauto: & quan-

B 5 do Me-

po Medeam agere cœpi, illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit. Cura ut valeas.

ARGUMENTVM.

Familiariter, & iocosè Trebatium reprehendit, qui litteras nullas miserat.

CICERO TREBATIO S. D.

XVII. 7. 14.

CHrysippus Vettius Cyri architecti libertus, fecit, ut te ne non immemorem putarem mei; salutem enim verbis tuis mihi nūtiavit. Valdè iam laetus es, qui gravere litteras ad me dare, homini præsertim propè domestico. Quòd si scribere oblitus es, minus multi ià te aduocato causa cadent, sin nostri oblitus es, dabo operà, ut istuc veniam antè, quàm planè ex animo tuo effluà, sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut fecisti de Britannia. Illud quidem perlibenter audiui ex eodem Chrysippo, te esse Cæsari familiarem. Sed me hercule mallem, id quòd erat æquius, de eius rebus ex tuis litteris quàm sepius cognoscere. Quòd certè ita fieret, si tu maluisses benevolentie, quam litium iura perdiscere. Sed hæc iocati sumus, & tuo more, non nihil etiam nostro. Te valdè amamus, nosque à te amari tum volumus, tum etiam confidimus. Vale.

ARGUMENTVM.

Inuitat eum ad officia mutua, & in urbem ut redeat, regat veteris urbanitatis retinenda causa.

CICERO CVRIO S. D.

XVIII. 7. 31.

Facile perspexi ex tuis litteris, quod semper studui, & me à te plurimi fieri, & te intelligere, quàm mihi carus essis. Quòd quando uterque nostrum consecutus est, reliquum est, ut officijs certemus inter nos, quibus a quo animo, vel vincam te, vel vincar abs te. Acilio non fuisse

fuisse necesse meas dari litteras facile patior. Sulpicij tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis nec caput, nec pedes. Equidem vellem, uti pedes haberet, ut aliquando redires. Vides enim exaruisse iam vterem, urbanitatem, ut Pomponius noster suo iure possit dicere, nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. Ergo is tibi, nos ei succedimus. Veni igitur quaeso, ne tantum semen urbanitatis vna cum Rep. intereat. Vale.

ARGUMENTVM.

Agris diuidendis praefici Planco cupiebat, ad militum gratiam colligendam: de ea re Cicero respondet.

CICERO PLANCO.

10. 22.

IN te, & in collega omnis spes est dijs approbantibus: concordia vestra, quae Senatus declarata litteris vestris est, mirifice, & senatus, & cuncta ciuitas delectata est. Quod ad me scripseras de re agraria, si consulens senatus esset, ut quisque de te honorificentissimam sententiam dixisset, ea secutus essem, qui certe ego fuisset: sed propter tarditatem sententiarum, moramque rerum, cum ea, quae consulebantur, ad exitum non peruenirent, commodissimum mihi, Plancoque fratri visum est, uti eos, quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci litteris cognouisse. Sed siue in S. C. siue in ceteris rebus desideras aliquid: sic tibi persuade, tantam esse apud omnes bonos tui charitatem, ut nullum genus amplissimae dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Litteras tuas vehementer exspecto, & quidem tales, quales maxime opto. Vale.

ARGUMENTVM.

Gratulatur Delabella de Baiarum salubritate: & gratulationem Deiotaro rege ad Caesarem habitam, mittit.

B 6 CICE-

EPISTOL. SELECT.
CICERO DOLABELLÆ S. D.

XX. 9. 12.

GRatulor Baijs nostris, si quidē, vt scribis salubres repente factæ sunt: nisi fortè te amant, & tibi assentantur, & tandiu, dum tu ades, sunt oblitæ sui: quòd quidem si ita est, minimè miror, cælum etiam, & terras vim suam; si tibi ita conueniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum: quod non putaram. Itaque etiam tibi misi; velim sic legas, vt causam tenuem, & inopem, nec scriptione magnopere dignam: sed ego hospiti veteri, & amico munusculū mittere volui leuidentæ, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti, fortique sis, vt tua moderatio, & grauitas aliorum infamet iniuriam. Vale.

ARGUMENTVM.

Cùm scripisset Petus. Balbum tenuiculo apparatu fuisse contentum, ioci materiam inde arripit Cicero: idque eum arguit malitiosè scripisse, ne maiorem apparatus ipse requireret.

CIC. PAPIRIO PÆTO S. D.

XXI. 9. 19.

TAmen à malitia non discedis, tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum. Hoc videris dicere, cùm reges tam sint continentis, multò magis consulares esse oportere. Nescis me ab illo omnia expiscatum: recta eum à portâ domum meam venisse, neque hoc admiror, quòd non ad tuam potius, sed illud, quod nec ad suam, ego autem tribus primis verbis, Quid noster Pætus? At ille, adiurans: nusquam se vnquam libentius. Hoc si verbis assecutus es, aures ad te afferam non minùs elegantes; autem obsonio; peto à te, ne plurius esse Balbos, quam disertos putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed, si me expediero, vt in ista loca venire possim, non committam, vt te fero à me certiozem factum putes. Vale.

AR.

ARGUMENTVM.

*Scribit de S.C. in suam sententiã facto ad augendam Plan-
ci dignitatem; hortaturque ut Antoniani belli reliquias con-
ficiat.*

CICERO PLANCO IMP. CO3. DES.

XXII. Io. 13.

VT primum potestas data est augendę dignitatis tuę.
nihil prætermisi in te ornando, quod positum esset
aut in præmio virtutis, aut in honore verborum, id ex ip-
so S.C. poteris cognoscere, ita enim est perscriptum, vt
à me descripto dicta sententia est, quam senatus frequens
secutus est summo studio magnoque consensu. Ego qua-
quam ex tuis litteris, quas mihi misisti perspexerã, te mag-
gis iudicio honorum: quàm insignibus glorię delectari:
tamen considerandum nobis existimaui, etiamsi tu nihil
postulares, quantum à repub. deberetur. Tu contexes ex-
trema cum primis, qui enim M. Antonium oppresserit, is
bellum confecerit. Itaque Homerus non Aiacem, nec A-
chillem, sed Vlystem appellauit. *ἄρα ἢ ἄρα πρὸς τὸν*. Vale.

ARGUMENTVM.

*Officium Planci in actione gratiarum sibi fuisse gratissimum
fatetur; hortaturque ut ad extinguendas belli reliquias omni
studio incumbat.*

CICERO PLANCO IMP.

XXIII. Io. 19.

Quamquam gratiarum actionem à te non desiderabã,
cum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum
tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi periu-
cunda, sic enim vidi quasi ea, quę oculis cernuntur, me à
te amari. Dices, Quid antea? Semper quidem, sed nun-
quã illustrius. Litterę tuę mirabiliter gratę sunt senatui,
cũ rebus ipsis, quę erant grauissimę, & maximę fortis-
simi animi, summiq; consilij, tum etiam grauitate sen-

B 7 tentia-

tētiarum atque verborum. Sed mi Plance incumbe, vt belli extrema perficias, in hoc erit summa, & gratia: & gloria Cupio omnia reip. causa: sed me hercule in ea conseruanda iam defatigatus, non multò plus faueo patriæ, quàm tuæ gloriæ, cuius maximam facultatem tibi dij immortales, vt spero dedere: quam complectare obsecro, qui enim Antonium oppresserit, is hoc teterrimum bellum, periculo sissimumque confecerit. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit, vt de Lepidi fide significet, vtrum Reip. an secum Antonio coniunxerit: & heritatur ad belli reliquias opprimendas.

CICERO PLANCO.

XXIV. 10. 20.

ITA erant omnia, quæ istinc afferebantur, incerta, vt quid ad te scriberem, non occurreret, modò enim quæ vellemus, de Lepido: modò contra nuntiabantur. De te tamen constans fama, nec decipi posse, nec vinci: quorum alterius fortuna partem habet quandam, alterum proprium est prudentiæ tuæ. Sed accepi litteras à collega tuo, datas Idib. Maij: in quibus erat scriptum, te ad te scripsisse, à Lepido non recipi Antonium: quod erit certius si tu ad nos idem scripseris, sed minus audes fortasse propter inane latitiam litterarum superiorum, verùm vt errare mi Plance potuisti (quis enim id effugerit) sic decipi te non potuisti, quis non videt? Nunc verò etiam erroris causa sublata est, culpa illa BIS AD EVNDEM, vulgari reprehensa prouerbio est. Sin, vt scripseris ad collegam, ita se res habet, omni cura liberati sumus: nec tamen erimus prius, quam ita esse, tu nos feceris certiores. Mea quidem, vt ad te sæpius scripsi, hæc sententia est: Qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore: quem te, & opto esse, & confido futurum studia mea erga te, quibus certè nullus esse

esse maiora potuerunt, tibi tam grata esse, quam ego putavi fore minimè micor, vehementerque lator, quæ quidē tu, si te estē istic erit, maiora, & grauiora cognosces. IV. Ka. Iunias.

ARGUMENTVM.

Petit ut ex actionem pecunia, quam Straboni Cornelius debet, pro potestate, imperioque curet.

M. T. CICERO BRVTO S. D.

XXV. 13. 14.

LVcio Titio Strabone, equite Rom. in primis honesto, & ornato, familiarissimè vtor, Omnia mihi cum eo intercedunt iura summæ necessitudinis. Huic in tua prouincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res à Volcario, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto à te hoc diligētius, quàm si mea res esset: quo est honestius de amicorum pecunia laborare, quam de sua, vt negotium cōficiendum cures, ipse suscipias, transigas: operamque des, quod tibi æquum & rectum videbitur, vt quàm commodissima cōditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est negotium conficiat, ad nummosque perueniat. Id, & mihi gratissimum erit, & tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua dignissimum quod vt tibi curæ sit, vt omnia solent esse, quæ me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

ARGUMENTVM.

Domum, & rem familiarem M. Æmilij, maximeque C. Antonium, libertum eius commendat.

M. CIC. SER. SVLPITIO. S.

XXVI. 13. 21.

MARCVS Æmilij Anianus ab ineunte adolescentia me obseruauit, semperque dilexit, vir cum bonus, tum perhumanus, & in omni genere officij diligentissimus: quem si arbitrarer esse Sicyone, & nisi audirem, ibi cum etiam nunc, vbi ego reliqui Cibyæ commorari,

§ nihil

nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere, perficeret enim ipse profecto suis moribus suaque humanitate, ut sine cuiusquam commendatione diligeretur abs te non minus, quam, & à me, & à cæteris suis familiaribus. Sed cum illum abesse putem, commendo tibi maiorem in modum domum eius, quæ est Sicyone, remque familiarè, maximè C. Auianum Ammonium, libertum eius: quem quidem tibi etiam suo nomine commendo. Nam cum propterea, mihi est probatus quòd est in patronum suum officio, & fide singulari: tum etiam quòd in me ipsum magna officia contulit, mihi que molestissimis meis temporibus fideliter beneuoleque præsto fuit, ut si à me manumissus esset. Itaque peto à te, ut eum, & in patroni eius negotio sic tueare ut eius procuratorem, quem tibi commendo: & ipsum suo nomine diligas, habeasque in numero tuorum. Hominem prudentem, & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. Vale.

ARGUMENTVM.

T. Manlium suo Varronisque nomine commendat.

M. CIC. SER. SVLPITIO S.

XXVII. 13. 22.

Tantum Manlium, qui negotiatur Thespis, vehementer diligo, nam, & semper me coluit, diligentiissimeque obseruauit, & à studijs nostris non abhorret. Accedit eò, quòd Varro Murena magnopere eius causa uult omnia, qui ita existimauit, etsi suis litteris, quibus tibi Manlium commendabat: valdè consideret: tamen mea commendatione aliquid accessionis fore. Me quidem cum Manlij familiaritas, tum Varronis studium commouit, ut ad te quam accuratissime scriberem. Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi mea tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum, id est, si T. Manlium quam maximè, quibuscumque rebus honestè, ac pro tua dignitate poteris, iuueris atque ornaueris. Ex ipsius
præ-

præterea gratissimis, & humanissimis moribus confirmo tibi, cum te, quem soles fructum à bonorum virorum officijs expectare, esse capturum. Vale.

ARGUMENTVM.

Commendat M. Lenium studiosè admodum.

M. CICERO P. SILIO PROPÆT. S. D.

XXVIII. 13. 63.

Non putavi fieri posse, ut mihi verba deessent: sed tamen in C. Lenio commendando defunt. Itaque rem tibi exponam paucis verbis, ita tamen ut planè perspicere possis uoluntatem meam. Incredibile est quanti faciamus & ego, & frater meus, qui mihi carissimus est, C. Lenium, id sit cum plurimis eius officijs, tum summa probitate, & singulari modestia. Eum ego à me inuittissimus dimisi, cum propter familiaritatem, & consuetudinis suauitatem tum quòd consilio eius fideli, ac bono libenter utebar, sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes, quæ dixerà defutura. Commendo tibi hominem, sicut intelligis, me eum, de quo ea supra scripserim, debere commèdare: à teq; uehementer etiam atque etiam peto, ut, quod habet in tua prouincia negotij, expedias: quod tibi uidebitur rectum esse ipsi dicas, hominem facillimum, liberalissimūque cognosces. Itaque te rogo, ut eum solutum, liberum, confectis eius negotijs, per te quam primum ad me remittas. Id mihi, fratrique meo gratissimum feceris. Vale.

ARGUMENTVM.

Commendat Andronem Artemonis filium Laodicensem.

M. CICERO P. SERVILIO S. D.

XXIX. 13. 67.

EX prouincia mea Siciliensi, cui scis *ἄνδρον* seruile Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius usus, quam Androne, Artemonis filio, Laodicensi, eumque habui in ea ciuitate tum hospitem, tum uehementer ad meæ uitæ rationem, & consuetudinem accom-

moderatam, quem quidem multo etiam pluris posteaquam decessi, facere cœpi, quod multis rebus expertus sum gratum hominem, meique memorem. Itaque eum Romæ libentissimè vidi, nō enim te fugit, qui plurimis in ista provincia benignè fecisti, quàm multi grati reperiantur. Hæc propterea scripsi, ut, & me non sine causâ laborare intelligeres, & ut tu ipse eum dignum hospitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis quanti me facias, id est, si receperis eum in fidem tuam, & quibuscumque rebus honestè, ac sine molestia tua poteris, adiuueris, Hoc mihi vehementer erit gratum, idque ut facias, te etiâ atque etiam rogo. Vale.

ARGUMENTVM.

Significat quàm sibi gratum fuerit cursum illius navigationis cognoscere, petit ut de statu provincie institutisque suis scribat, pellremò suum officium ad omnia pollicetur.

M. CICERO P. SERVILIO ISAVRICO
PROCOS. COLLEGÆ S. D.

XXX. 13. 68.

GRATÆ mihi vehementer tuæ litteræ fuerunt, ex quibus cognoui cursus navigationum tuarum, significabas enim memoriam tuam nostræ necessitudinis, qua mihi nihil poterat esse iucundius, Quod reliquum est multò etiam erit gratius si ad me de repub. id est, de statu provincie, de institutis tuis familiariter scribes, quæ, quamquam ex multis pro tua caritate audiam tamen, libentissimè ex tuis litteris cognoscam. Ego ad te de reip. summa quid sentiam, non sæpè scribam, propter periculum eiusmodi litterarum. Quid agatur autem, scribam, sæpius sperare tamen videor, Cæsari collegæ nostro fore curæ, & esse, ut habeamus aliquam reip. cuius consilijs magni referebat te interessè. Sed si tibi utilius est, id est gloriosius, Asiæ præesse: & istam partem reip. malè affectam tueri: mihi quoque idem, quod tibi, & laudi tuæ
pro-

profuturum est, oportius debet esse. Ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitror, summo studio diligentiaque curabo: in primisque tuebor omni obseruantia clarissimum virum patrem tuum: quod, & pro vetustate necessitudinis, & pro beneficijs vestris, & pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit vt C. Curtium in fidem recipiat, habeatque in numero suorum.

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGÆ S. D.

XXXI. 13. 69.

C. Curtius, Mithres, est ille quidem, vt scis libertus Posthumi familiarissimi mei: sed me colit, & obseruat æquè atque illum ipsum patronum suum. Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunque fui, tanquam domi meæ: multaque acciderunt, in quibus, & benevolentiam eius erga me experiret, & fidem. Itaque si quid aut mihi, aut meorum cui piam in Asia opus est, adhuc se ribere consueui: huius cum opera, & fide, tum doino, & re vti, tanquam mea. Hæc ad te eò pluribus scripsi, vt intelligeres me non vulgariter, nec ambitiosè, sed vt pro homine intimo, ac mihi per necessario scribere. Peto igitur à te, vt in ea cõtrouersia, quam de fundo cum quodam Colophonio, & in cõteris rebus, quantum fides tua patietur, quantumque tuo commodo poteris, tantum ei, honoris mei causa commodes. Etsi, vt eius modestiam cognoui, grauis tibi nulla in re erit. Si mea commendatione, & sua probitate affectus erit, vt de se bene existimes, omnia se adeptum arbitrabitur. Vt igitur eum recipias in fidem tuam, habeasque in numero tuorum, te vehementer atque etiam rogo. Ego, quæ te velle quæque ad te pertinere arbitror, omnia studiosè, diligenterque curabo. Vale.

AR.

ARGUMENTVM.

Exponit quæ fuerit molestiarum causa quomodo liberatus sit; deinde scribit de sua ad Pompeium navigatione.

M. TVLLIVS TERENTIÆ SVÆ S. D.

XXXII. 14. 7.

OMnes molestias, & sollicitudines, quibus, & te miseram habui, id quod mihi molestissimum est; Tulliolamque, quæ nobis nostra vita dulcior est, deposui, & eicci; quid causæ autem fuerit, postridie intellexi, quam à vobis discessi. *Ἐπειδὴ ἀπατοῦ* noctu, eicci statim ita sum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur, cui quidem tu deo, quemadmodum soles, piè, & castè satisfacias velim. Nauim sperò nos valde bonam habere, in eam simulatque conscendi, hæc scripsi. Deinde conscribam ad nostros familiares multas epistolas; quibus te, & Tulliolam nostram diligentissimè commendabo. Cohortarer vos, quò animo fortiore effetis, nisi vos fortiores cognoscerem, quàm quemquam virum. Et tamen, eiusmodi spero negotia esse, ut, & vos istic commodissimè sperem esse, & me aliquando cum similibus nostri temp. defensurum. Tu primùm valetudinem tuam velim cures; deinde, tibi si videbitur, villis ijs vtare, quæ longissimè aberunt à militibus, fundo Arpinati bene poteris vti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atque etiam Vale. Datum VII. Id. Iunij.

ARGUMENTVM.

Rogat vxorem, & filiam consulere, & ipsa, & cum amicis ab urbe discedant, necne, aduentu Cesaris.

TVLLIVS TERENTIÆ ET PATER TVLLIOLÆ, DVABVS ANIMIS SVIS ET CICERO MATRI OPTIMÆ, ET SVAVISSIMÆ SORORI S. P. D.

XXXIII.

SI vos valetis, nos valemus. Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. Si ill^e Romam modestè venturus est, recte in præsentia domi esse potestis, sin homo amens diripiendam urbem daturus est, vereor ut Dolabella ipse satis vobis prodesse possit. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, ut, cum velitis exire, non liceat. Reliquum est, quòd ipsæ optime considerabitis, vestri similes feminae suntne Romæ, si enim non sunt, videndum est, ut honestè vos esse possitis. Quomodo- docunque nunc se res habet, modò ut hæc nobis loca tenere liceat, bellissimè vel mecum, vel in nostris prædijs esse poteritis. Etiam illud verendum est, breui tempore fames in urbe sit. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis: ad summam animo forti sitis. Labienus rem meliorem fecit, adiuvat etiam Piso, quod ab urbe discedit, & sceleris condemnat generum suum. Vos meæ carissimæ animæ, quàm sepissime ad me scribite, & vos quid agatis, & quid istic agatur. Quinctus pater, & filius, & Rufus vobis salutem dicunt valete. VIII. Kal. Quinct. Minturnis.

ARGVMENTVM.

Monet uxorem, & filiam, ut maturè considerent, num Roma tuto esse possint, & cum dignitate.

M. T. CIC. TERENTILÆ, ET PATER SVAVISSIMÆ
HILÆ CICERO MATRI ET SORORI S. P. D.

XXXIV. 14. 18.

Considerandum vobis etiam atque etiam, animæ meæ, diligenter puto, quid faciatis Romæ ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco, id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem hæc, Romæ vos esse tuto posse per Dolabellam, eamque rem posse nobis adiumento esse, si qua vis, aut si quæ rapinæ

rapinae fieri cœperint: sed rursus illud me mouet, quod video, omnes bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere. hæc autem regio, in qua ego sum, nostrorum est tum oppidorum, tum etiam prædiorum: vt, & multum esse mecum, & cum abieritis, comode etiam in nostris prædijs esse possitis. Mihi plane non satis constat adhuc, vtrū sit melius. Vos videre quid alia faciant isto loco feminae, & ne cum velitis, exire non liceat, id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum, & et in amicis consideretis. Domus, vt propugnacula, & præsidium habeat, Philotimo dicetis. Et velim tabellarios instituat certos, ut quotidie aliquas à vobis litteras accipiam. Maxime autem date operam vt valeatis, si nos vultis valere. VIII. Kal. Feb. Formijs.

ARGVMENTVM.

Commendat studiosè suam existimationem consuli Marcello in supplicati ne decernenda.

M. CIC. IMP. C. MARCELLO C. F. COS. S. D.
XXXV. 25. 10.

Quando id accidit, quod mihi maxime fuit optatum vt omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam, (mirificus enim generis, ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quoniam ergo ita accidit, vt omnium vestrum studio tuus consolatus satisfacere posset: in quem mea res gesta, lausque, & honor earum potissimum incideret; peto è te id, quod facillimum factu sit, non aspernante, vt confido, senatu, vt quam honorificentissimum S. C. litteris meis recitatis, faciendum cures. Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me precipue diligere. Patris tui beneficia in me sunt amplissima, neque enim salutem meam, neque honori amicior quiquam dici potest, frater tuus quanti me faciat semperque fecerit, esse hominè, qui ignoret, ardeat neminè, domas tua denique tota me
semper

semper omnibus summis officijs profecuta est : neque ve-
rò tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum . Qua-
re à te peto maiorem in modum , vt me per te quam or-
natissimum velis esse , meamque , & in supplicatione de-
cernenda , & in ceteris rebus exilimationem satis tibi ef-
se commendatam putes . Vale .

ARGVMENTVM .

Suum desiderium significat .

TULLIUS ET CICERO MEVS , ET FRATER
ET FRATRIS F. TIRONI SVO S. D.

XXXVI. 16. 3.

Paullo faciliùs putavi posse me ferre desiderium tui :
sed planè non sero , & quamquam magni ad honorem
nostrum interest , quam primùm ad urbem me venire : ta-
men peccasse mihi videor , qui à te discesserim , sed quia
tua voluntas ea videbatur esse , vt prorsus , nisi cõfirmato
corpore , nolles nauigare , approbavi tuum consilium , neque
nunc muto , si tu in eadem es sententia , sin , postea quam
cibum cepisti , videris tibi me posse consequi , tuum con-
siliu est , Marionè ad te eo nisi , vt aut tecum adme quã
primùm veniret : aut , si tu morarereis , statim ad me rediret .
Tu autem hoc tibi persuade , si commodo valetudinis tuæ
fieri possit , nihil me malle , quàm te posse mecum : sin intel-
liges opus esse , se Patris , conualescendi causa , paullum
commorari , nihil me melle , quàm te valere . Si statim nauig-
gas , nos Leucadè consequere , sin te confirmare vis , & co-
mites , & tempestates , & nauem idoneam vt habeas , dili-
genter videbis , Vnum illud mi Tiro , videto , si me amas ,
ne te Marionis aduentus , & hæ litteræ moueât , Quod va-
letudini tuæ maximè conducet si feceris , maximè obtem-
peraris voluntati meæ . Hæc pro tuo ingenio considera ,
nos ita desideramus vt amemus amor , vt valentem videa-
mus , hortatur desideriu , vt quã primùm illud igitur potias

Cura ergo potissimum, vt valeas, de tuis innumerabilibus in me officijs erit hoc gratissimum. III. Nonas Nouembr. Vale.

ARGVMENTVM.

Iocosa est epistola, & salibus referta: vnum extra iocum, se egisse gratias Lentulo, Ciliciam administranti, de officijs in ipsum.

M. T. CIC. S. D. L. VALERIO IVRISCONSULTO.
XXXVIII. I. 10.

CVR enim tibi hoc non gratificer, nescio: præsertim cum his temporibus, audacia pro sapientia liceat vti. Lentulo nostro egi per litteras tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas iam nostris litteris vti, & nos aliquando inuisas: & ibi malis esse, vbi aliquo numero sis; quam istic, vbi solus sapere videare. Quamquam qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas; partim contumeliosum, quòd malè respondeas; Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac vt quam primùm venias: neque in Apuliam tuam accedas: vt possimus te saluum venisse gaudere. Nam illò si veneris, tamquam Vlysses, cognosces tantum neminem. Vale.

LIBER IV.

ARGVMENTVM.

Quattuor partes habet hac epistola: primùm, accusatus à Curione, quòd minas sapè scriberet, excusationem affert cum officij sui commemoratione; deinde, dolorem suum ex illius absentia, & ex eiusdem dignitate latitiam narrat, tertio loco, ad laudè & virtutem hortatur, postremò, commendat illi suam senectutem.

M. T.

Quanquam me nomine negligentiae suspectum tibi esse doleo: tamen non tam mihi molestum fuit, accursari abs te officium meum; quam iucundum requiri, praesertim cum in quo accusabar, culpa vacarem, in quo autem desiderare te significabas meas litteras, praeter ferres, perspectum mihi quidem illum, sed tamen, dulcem, & optatum amorem tuum. Equidem neminem praetermisi, quem quidem ad te peruenturum putarem; cui litteras non dederim, etenim quis est tam in scribendo impiger, quam ego? A te verò his terve ad summum, & eas perbreues accepi. Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine, sin me id facere nolles, te mihi aequum praebere debebis. Sed de litteris haecenus, non enim vereor, ne non scribendo te expleam; praesertim si in eo genere studium meum non aspernaberet. Ego te abfuisse tamdiu à nobis, & doleo, quòd carui fructu iucundissimae consuetudinis tuae: & laetor, quòd absens omnia cum maxima dignitate es còsecutus, quòdque in omnibus tuis rebus: meis optatis fortuna respondit. Breve est, quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit. Tanta est expectatio vel animi, vel ingenij tui, ut ego te obsecrare, obtestarique non dubitem, sic ad nos confirmatus revertare, ut, quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis. Et quoniam meam tantum erga me meritorum memoria nulla unquam delebit obliuio: te rogo ut memineris: quantecunque tibi accessiones fient, & fortunae, & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consilij paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut aetas nostra iam ingravescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Vale.

vt futineas; sed video in te esse omnia. Quare vt id, quod speras, & quod agis, consequamur, serui valetudini. Ego ad quos scribam, nescio, nisi aut ad eos, qui ad me scribant, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scriberis. Longius, quoniam vobis ira placet, non discedam; sed velim, quia n̄ scripissimè litteras mittatis, præsertim si quid est firmus, quod speremus. Valere mea debetia. valere. D. ad. ij. Non. Octobr. Thessalonicæ.

ARGVMENTVM.

Commendat studiosissima Trebatium iuriconsultum Casari Galliarum præfekte.

M. T. CICERO C. CÆSARI IMP. S. D.

VI. 7. 5.

Vide quàm mihi persuaferint, te me esse alteram, non modò in ijs rebus, quæ ad me ipsum, sed etiam in ijs, quæ ad meos pertinent. C. Trebatium cogita à n̄, quocumque exirem, mecum ducere, vt eum meis omnibus suis, & beneficijs quàm ornatissimum domum reducerem. Sed posteaquam, & Pompeij commemoratio diuturnior erat, quàm putàram, & mea quædam tibi non ignara dubitatio aut impedire profectioem meâ videbatur, aut certe tardare; vide quid mihi sumserim, cœpi velle, ea Trebatium expectare à te, quæ sperasset à me; meque me hercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quàm erâ solitus de mea polliceri. Casus verò mirificus quidã interuenit, quâsi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ, nam cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo vestro loquerer accuratius domi meæ, litteræ mihi dantur à te, quibus in extremis scriptum erat: M. FVRIVM, què mihi commendas, vt regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum; si vis tu, ad me alium mitte, quem ornè. Sustulimus manus & ego, & Balbus: tanta fuit opportunitas, vt illud nescio quid nò fortuitù, sed diuinù videretur. Mitto igitur ad te Trebat-

LIBER IV. 61

Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Hunc mihi Cæsar, sic velim omnia tua comitate complectere ut omnia, quæ per me possis adducere, ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas, de quo tibi homine hoc spondeo, non illo veteri verbo meo, quod cum, ad te de Milone scripsissem, iure lusi si, sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem. Accedit etiam, quod familiam ducit, in iure civili singularis memorie, summa scientia. Huic ego neque tribunatum, neque præfecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto: benevolentiam tuam & liberalitatem peto, neque impedio, quo minus, si ita tibi placuerit, etiam hæc cum ornibus gloriolæ insignibus. Totum denique hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam istam, & victoriam, & fide præstantem. Sumus enim putidiusculi, quam per te vix licet; verum, ut video, licebit. Cura ut valeas, & me, ut amas, ama.

ARGUMENTVM.

Deplorat Tullius mortem; & in Dolabellæ sermonibus plurimum sibi ait solati futurum; quamquam iam eum Dolabella dimiserat: sed fingendum erat Cicroni, temporis causa, eum Dolabella apud Casarem dominantem gratia plurimum valeret.

CICERO DOLABELLÆ SVO S. D.

VII. 9. 11.

VEL meo ipsius interitu in allem litteras meas desiderares, quam eo casu, quo sum grauissimè afflitus, quem ferrem certè moderatius, si te haberem; nam & oratio tua prudens, & amor erga me singularis multum leuaret, sed quoniam breui tempore, ut opinio nostra est, te sum visurus, ita me affectum offendes, ut multum a te possim iuari; non quod ita sum fractus, aut hominem

quo et modo tuo fiat, vt te obtinente Achaiam, conficiant. Ego cum tuo Seruio, iucundissime coniunctissimeque viuo, magnamque cum ex ingenio eius singularique studio, tum ex virtute, & probitate voluptatem capio.

ARGVMENTVM.

Cæcinam in colligendis Asiatica negotiationis reliquijs commendat.

M. CICERO P. SERVILIO ISAVRICO.
PROCOS. S. D.

IV. 13. 66.

A. Cæcinam maximè proprium clientè familiæ vestræ, non commendarem tibi, cum scirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse, nisi me, & patris eius, quo sum familiarissimè vñs, memoria, & huius fortuna ita moueret, vt hominis omnibus mecum studijs, officijsque coniunctissimi mouere debeat, A te hoc omni contentione peto, sic, vt maiore cura, maiore animi labore petere non possim, vt ad ea, quæ tua sponte sine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum, & talem, calamitosum; aliquem afferant cumulū meæ litteræ, quò studiosius eum, quibuscunque rebus possis iuues. Quòd si Romæ fuisses, etiam salutem, A. Cæcinæ essemus. (vt opinio mea fert) per te consecuti. De qua tamè magnā spem habemus freti clementia collegæ tui. Nunc, quando iustitiam tuam secutus, tutissimum sibi portum prouinciæ istam esse duxit, etiam atque etiam te rogo atque oro, vt eū, & in reliquijs veteris negotiationis colligedis iuues, & cæteris rebus regas atque tuare. Hoc mihi gratius facere nihil potes, Vale.

ARGVMENTVM.

Brevitatem suarum litterarum excusat; Pisonis generi officium in se laudat; delet Terentia vicem, rogat ne suam dotem proiciat, & valetudini seruiat.

M. T.

M. T. CIC: TERENTIÆ, ET TULLIOLÆ,
ET CICERONI SVIS. S.

V. 14. 2.

NOli putare, me ad quemquam longiores epistolas scribere, nisi si quis ad me plura scripsit, cui puto scribi oportere, nec enim habeo quod scribam: nec hoc tempore quidquam difficilius facio, ad te vero, & ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lacrymis scribere, eos enim video esse miserrimas, quas ego bentissimas semper esse volui: idque præstare debui, & nisi tam timidi fuissetus, præstitissem. Pisonem nostrum merito eius amo plurimum, cum, ut potui, per litteras cohortatus sum, gratiasque egi, ut debui. In nouis tribunis plebis intelligo spem te habere, id erit firmum, si Pompeij voluntas erit: sed Crassum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortissimè, & amantissimè video: nec miror, sed inuereor casum eiusmodi, ut tantis tuis miserijs meæ miseriarum subleuentur, nam ad me P. Valerius homo officiosus scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quem admodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. Hæc mea lux, meum desiderium: vnde omnes opem petere solebant, te nunc mea Terentia, sic vexari, sic iacere in lacrymis, & sordibus, idque fieri mea culpa, qui cæteros seruauit, ut nos periremus. Quod de domo scribis, hoc est de arca, ego verò tum denique mihi videbor restitutus, si illa nobis erit restituta. Verum hæc non sunt in nostra manu. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in eius partem te miseram, & despoliatam venire, quòd si conficitur negotium, omnia consequemur, sin eadem nos fortuna premet, etiam nè reliquias tuas misera projicies? Obsecro te, mea vita, quod ad sumptu attinet sine alios qui possunt, si modò volunt, sustinere: & valetudinem illam infirmam si me amas, noli vexare, nam mihi ante oculos dies, noctesque versaris, omnes labores te excipere video, timeo

ut su-

ARGUMENTVM.

*Domitium, interitu amicorum dolentem, rogat ut cum Reip.
iam satisfecerit, inclimitati sua consulat.*

CICERO DOMITIO S. D.

II. 5. 22.

NON ea res me deterruit, quò minus, posteaquam in Italiam venisti, litteras ad te mitterem, quod tu ad me nullas miseris, sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus, nec quid suaderem cum mihi met ipsi consilium deesset, nec, quid consolationis asferrem in tantis malis, reperiebam. Hæc quamquam, nihilo meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatiora, tamen inanes esse meas litteras, quam nullas, malui. Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipere reip. causa muneris, quam quantum præstare potuisses, tamen quibuscumque rebus possem, ad eam conditionem te vivendi, quæ daretur, quæque esset, hortarer. Sed cum consilij tui bene, fortiterque suscepti, eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset, oro, obtestorque te pro nostra vetere coniunctione, ac necessitudine, proque summa mea in te benevolentia, & tua in me pari, te ut nobis, parenti, coniugi, tuisque omnibus, quibus es, fuisque semper carissimus, saluum conseruet; incolumitati tuæ, tuorumque, qui ex te pendent, consulas: quæ didicisti, quæquæ ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis viris tradita, memoria, & scientia comprehendisti, ijs hoc tempore utare; quos coniunctos summa benevolentia, plurimisque officijs amisisti; eorum desiderium, si non æquo animo, at forti feras. Ego, quid possim nescio, vel potius me parum posse sentio, illud tamen tibi polliceor, me, quæcumque saluti, dignitati que tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu, & studio, & officio in meis rebus fuisti. Hæc
meam

meam voluntatem ad matrem tuam optimam feminam, tuique amantissimam detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te velle intellexero; sin tu minus scripseris, ego tamen omnia, quae tibi vtilia esse arbitror, summo studio, diligentiaque curabo. Vale.

ARGUMENTVM.

Gratias agit Sulpicio, quod Æmilium Anianum liberaliter honorificeque tractasset, eundemque danuo commendat, laudat in extremo Servium filium.

CICERO SER. SVLPICIO S. P.

III. 13. 27.

Licet eodem exēplo saepius tibi huius generis litteras mittam, cum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter observes, quod feci in alijs, & faciam; video, saepius, sed raram non parcam operam, & ut vos soletis in vestris formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. C. Anianus igitur Ammonius incredibiles mihi gratias per litteras egit, & suo, & Æmilij Aniani patroni sui nomine nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari, nec te praesentem, nec rem familiarem absētis patroni sui. Id mihi cum incundum est eorum causa, quos ego tibi summa necessitudine, & summa conjunctione adductus commendaueram, quod M. Æmilius vnus est ex meis familiarissimis, atque intimis maxime necessarius, homo, & magnis meis beneficijs deinctus, & prope omnium, qui mihi aliquid debere videntur, gratissimus; tum multo iucundius, te esse in me tali voluntate, ut plus prois amicis meis, quam ego praesens fortasse prodessem, credo, quod magis ego dubitare, quid illorum causa facerem, quam tu quid mea, sed hoc non dubito, quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoque gratos homines esse putes, quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. Quare velim, quidquid habent negotij, des operam, quod

nem me esse, oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem: sed tamen hilaritas illa nostræ, & iuauitas, quæ te præter cæteros delectabat, crepta mihi omnis est: firmitatem tamen, & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. Quòd scribis, prælia te mea causa sustinere: non tam id laboro, ut, si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quem intelligi cupio, quòd certè intelligitur, me à te amari, quod ut facias, te etiã atque etiam rogo, ignoscasque breuitati mearum litterarum, nam, & celeriter vnà futuros nos arbitror, & nõdum satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.

ARGVMENTVM.

Inuehitur in Antonij immoderatam potentiam: & Plance, transalpinam Galliam, quam ultimam Cicerò vocat, administrantem, hortatur, ut in Reipub. omni cogitatione studioque incumbat. Postremò, agit gratias de Furnio honorificè tractato. Philip. 5.

CICERO L. MVNATIO PLANCO IMP.

C O S. D E S. S.

VIII. 10. 1.

ET abfui proficiscens in Græciam, & posteaquam de medio cursu Reip. sum voce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui; cuius tanta est non insolentia (nam id quidem vulgare vitium est) sed immanitas, non modo ut vocem, sed ut ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam. Itaque mihi maximæ curæ est non mea quidem vita, cui satisfacere vel ætate, vel (si quid etiam hoc ad rem pertinet) gloria, sed me patriæ sollicitat, imprimisque, mi Plance, expectatio consularis tui, quæ ita longa est, ut optandum sit, ut possimus ad id tempus Reip. spiritum ducere: Quæ potest enim spes esse in ea Reip. in qua hominis impotentissimi, atque intemperantissimi armis oppressa sunt omnia? & in qua

nec

nec senatus, nec populus vim habet ullam, nec leges ullæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod, aut vestigium ciuitatis? Sed quando acta omnia mitti ad te arbitrabar: nihil erat, quod singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia susceptum non seruaui solum, sed etiam auxi: monere te atque hortari, ut in temp. omni cogitatione, curaque incumberes. Quæ si ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est: ut perducatur autem, magnæ tum diligentia est, tum etiam fortuna. Sed, & te aliquando ante (ut spero) habebimus: & præterquam quod reip. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, ut omne nostrum consilium studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus, ita facillimè, & reip. quæ mihi carissima est, & amicitia nostræ, quam sanctissimè nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. Furnium nostrum tanti à te fieri, quantum ipsius humanitas, & dignitas postulat, nec miror, & gaudeo; teque hoc existimare volo, quidquid in eum iudicij officijque contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse: Vale.

ARGUMENTVM.

Commendat Messinij Achateæ negotia ex fratris hereditate.

CICERO SERUIO SVLPICIO S.

IX. 13. 26.

LVCIVS Messinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi quaestor fuit, sed hanc causam, quam ego, ut à maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit virtute, & humanitate sua iustior. Itaque eo sic utor ut nec familiarius ullo, nec libentius. Is quamquam confidere videbatur, te sua causa, quæ honestè posses, libenter esse facturum: magnum tamen est sperauit, apud te meas quoque litteras pondus habituras, id cum ipse te iudica-

C bat,

bat, tum pro familiari consuetudine sapè ex me audie-
 ras, quàm suavis esset inter nos, & quanta coniunctio.
 Peto igitur à te, tanto scilicet studio, quàm intelligis de-
 bere me petere pro homine tam mihi necessario, & tã fa-
 miliari, vt eius negotia, quæ sunt in Achaia, ex eo quòd
 heres est. M. Mindio fratri suo, qui Elide negotiatus est,
 explices, & expedias tum iure, & potestate, quàm habes,
 tum etiam auctoritate, & consilio tuo. Sic enim præscrip-
 simus ijs, quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in-
 rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbi-
 tro, & quod commodo tuo fieri posset, te ediscrepatores
 vterentur, id vt honoris mei causa suscipias, vehemen-
 ter te etiam atque etiam rogo. Illud præterea, si non alie-
 num à tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum,
 si qui difficiliore erunt, vt rem sine controuersia confici
 nolint, si eos, quando cum senatore res est, Romam reue-
 ceris, quod quo minore dubitatione facere possis, litte-
 ras ad te à M. Lepido Cos. non quæ te aliquid iuberent
 (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitrabamur) sed
 quodammodo quasi commendatitias sumpsimus. Scri-
 berem, quam id beneficium bene apud Messinium positu-
 rus esses, nisi, & te scire considerem, & mihi peterem,
 sic enim velim existimes, non minus me de illius re la-
 borare, quàm ipsum de tua, sed cum illum studeo quàm
 facillimè ad suum peruenire, tum illud laboro, vt non mi-
 nimum hac mea commendatione, se consecutum arbitre-
 tur. Vale.

ARGVMENTVM

*Narrat officium suum; commendat Marcum Bellannum: po-
 tit vt sibi seruum suum Dionysium restituendum curet.*

CVM his temporibus non sanè in senatum ventitarem, tamen vt tuas litteras legi, non existimaui me, saluo iure nostræ vereris amicitia multorumque in nos officiorum, facere posse, vt honori tuo deessem: itaque affui, supplicationemque tibi libenter decreui, nec reliquo tempore vllò aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero, atque vt hoc tui necessarii sciant, hoc me animo erga te esse, velim facias eòs per litteras certiores, vt si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo denuntiare. M. Bollanus, virtum bonum, & fortem, & omnibus rebus ornatum, meumque veterem amicum, tibi magnopere commendo. pergratum mihi feceris, si curaris, vt is intelligat hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse, ipsum virum optimum, grauissimumque cognosces, promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum. Præterea à te peto maiorem in modum, pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio, vt in hac re etiam elabores. Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, cum multos libros surripuisset, nec se impunè laturum putaret, aufugit, is est in provincia tua, eo, & M. Bollanus familiaris meus, & multi alij Narona viderunt, sed cum se à me manumissum esse diceret, crediderunt. Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere, quàm mihi gratum futurum sit: res ipsa parua: sed animi mei dolor magnus est, vbi sit, & quid fieri possit, Bollanus te docebit, ego si hominem per te recuperaro, summo me a te beneficio affectum arbitror.

ARGVMENTVM.

Quæritur, quod sua culpa, & ipse, & omnes sui maxime in miserias inciderint: deinde ad varia capita respondet, sed ita dolenter, vt ideo à nonnullis iure fortasse, tanquam mollis reprehendatur.

M. T. CICERO TERENTIÆ; TVLLIOLÆ
ET CICERONI, SVIS S. D.

XI. 14. 3.

ACcepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lacry-
mis prope deleui: conficior enim mœrore, mea Te-
rentia: nec me mœæ miserix magis excruciant, quam tuæ,
vestræque. Ego autem hoc inferior sum, quam tu, quæ es
miserrima, quod ipsa calamitas communis est, ut iusque
nostrum, sed culpa mea propria est: meum fuit officium,
vel legatione vitare periculum, vel diligentia, & copijs
resistere, vel cadere fortiter: hoc miserius, turpius, indig-
nui nobis nihil fuit. Quare cum dolore conficior, tum
etiam pudore, pudet enim me vxori mœæ optimæ, sua-
uissimis liberis virtutem, & diligentiam non præstitisse:
nam mihi ante oculos dies noctesque versatur squalor ves-
ter, & mœror, & infirmitas valetudinis tuæ: spes autem
salutis pertenuis ostenditur: inimici sunt multi: inuidi pæ-
ne omnes, eijcere nos magnum fuit, excludere facile est.
Sed tamen quamdiu vos eritis in spe, non deficiam, ne om-
nia mea culpa cecidisse videantur. Ut tuto sim, quod la-
boras, id mihi nûc facillimum est, quem etiam inimici vo-
lunt viuere in his tantis miserijs. Ego tamen faciam, quæ
pæcipis. Amicis, quibus voluisti, egi gratias: & eas litte-
ras Dexippo dedi: meque de eorum officio scripsi à te cer-
torem esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio
in nos; & officio, & ego perspicio, & omnes prædicât. Dij
faxint, ut tali genero mihi præsentî tecum simul, & cum
liberis nostris frui liceat. Nunc spes reliqua est, in nouis
tribunis pleb. & in primis quidem diebus, nam si inue-
terarit, actum est, ea re ad te statim Aristocritum misi, ut
ad me cõtinuò incitia rerum, & ratione totius negotij pos-
ses scribere: etsi Dexippo quoque ita imperaui, statim ut re-
curreret; & ad fratrem misi, ut crebro tabellarios mitte-
ret;

ret: nam ego eo nomine sum Dyracchij hoc tempore, ut quam celerrimè; quid agatur, audiam, & sim tutò, ciuitas enim hæc semper à me defensa est, cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Quod scribis, te, si velim, ad me venturam; ego verò, cum sciam magnam partem istius oneris abs te sustineri, te istic esse volo si perficitis quod agitis, me ad vos venire oportet; sin autem. Sed nihil est opus reliqua scribere, ex primis, aut summum secundis litteris tuis constituere poterimus, quid nobis faciendum sit. Tu modo ad me velim omnia diligentissimè perscribas; etsi magis iam rem, quàm litteras, debeat expectare. Cura ut valeas, & ita tibi persuadeas, mihi te carius nihil esse, nec vnquam fuisse, Vale mea Terentia, quam ego videre videor, itaque debilitor lacrymis Vale. Prid. Kalend. Decemb. Dirrachij.

ARGUMENTVM.

Scribit ad illum mittere librum suum, da perfecto oratore; laudat in Sabina gente fidem, & probitatem; petit ab eo creberrimas litteras.

M. CICERO C. TREBONIO S. D.

XII. 15. 20.

ORatorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendauit; natio me hominis impulit, ut ei recte putarem; nisi forte candidatorum licentia hic quoque usus, hoc subito cognomen arripuit. Etsi modestus eius stultus, sermoque constans habere quiddam à Curib. videbatur. Sed de Sabino satis. Tu, mi Treboni, quando ad amorem meum aliquantulum discedens addidisti, quò tolerantius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos litteris appellato; atque ita, idem fiet a nobis, quamquam duæ causæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debebas, quàm nos primum quod olim solebant, qui Romæ erant, ad prouinciales amicos de rep. scriberes

nunc tu nobis scribas oportet, res enim publica istic est, deinde, quod nos alijs officijs tibi absenti satisfacere possumus; tu nobis, nisi litteris, non video qua re alia fati facere possis. Sed cetera scribis ad nos postea, nunc hæc primò cupio cognoscere: iter tuum cuiusmodi sit; ubi Brutum nostrum videris: quamdiu simul fueris; deinde cum processeris longius, de bellicis rebus, de toto negotio; vt existimare possimus, quo statu simus. Ego tantum me scire putabo, quantum ex tuis litteris habebò cognitum. Cura vt valeas, meque ames amore illo tuo singulari.

ARGUMENTVM.

Nauigationis descriptio, & ad curandam valetudinem benevolentia plena cohortatio.

TULLIUS, ET CICERO TIRONI SVO S. P. D.

XII. 16. 9.

NOS à te, vt scis, discessimus ad. IV. Nonas Nou. Leucadem venimus ad. VIII. Id. Nou. ad. VII. Actium: ibi propter tempestatem ad. VI. Idus morati sumus; inde ad V. Idus Corcyram bellissimè nauigauimus. Corcyræ fuimus vsque ad. XVI. Kalend. Decembr. tempestatibus retenti. Ad. XV. Kal. à portu Corcyræorum ad Cassiopen stadia CXX. processimus. Ibi retenti ventis sumus vsque ad IX. Kalend. Interea qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die cœnati soluimus. Inde austro lenissimo, cælo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus; eodemque vento postridie (id erat ad. VI. Kalend. Decembr.) hora quarta Brandisum venimus: eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introijt Terentia, quæ te facit plurimi. Ad. V. Kalend. Decemb. seruus Cn. Plancij Brundisij tandem aliquando mihi à te expectatissimas litteras reddidit, datas Idibus Nou. quæ me molestia valde leuarunt, vtinam omnino liberassent. Sed tamen

tamen A
lentem
genti
tiam, te
nia fact
ita vell
lim vna
quando
religio
tibi dar
Egum
re ex
nia mo
re ten
caussa
bi rest
re) sin
ritate
tiam f
omnia
Med
falce.

Terentia
tu su na
de trian
TVLLI

ET
te non v
est mor
tia adhi

tamen Aſclapo medicus planè cõfirmat, propediem te valentem fore. Nunc equidem ego te horror, vt omnem diligentiam adhibeas ad conualeſcendum. Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me noui: ſcio, te omnia facturum, vt nobiſcum quamprimum ſis; ſed tamen ita velim, vt ne quid properes. Symphoniam Lyſonis velim vitaffes, ne in quartam hebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluiſti obſequi, quàm valetudini reliqua cura. Curio miſi, vt medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus eſſet: me, cui iuſſiſſet, curaturum. Equum, & mulum Brundufij tibi reliqui. Romæ vereor ne ex Kalend. Ian. magni tumultus ſint, nos agemus omnia modicè. Reliquum eſt, vt te hoc rogem, & à te petam, ne temere nauiges; ſolent nauæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. Cautus ſis mi Tiro. Mare magnum, & difficile tibi reſtat; ſi poteris, cum Meſſinio (cautè iſ ſolet nauigare) ſin minus: cum honeſto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur. In hoc omnem diligentiam ſi adhibueris, teque nobis incolumem præſtiteris, omnia à te habedo. Etiam atque etiam noſter Tiro vale. Medico, Curio, Lyſoni de te ſcripſi diligentiffimè. Vale, ſalue.

ARGVMENTVM.

Rogat, vt præter valetudinem nihil curet; addit de aduentu ſuo ad urbem, de ſtatu rei p. ciuilibus diſcordijs perturbato: de triumpho ſuo, de præſectura Campania.

TULLIVS ET CICERO, TERENTIA, TVLLIA,
Q. Q. TIRONI S. P. D.

16. Io.

ET ſi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis deſidero; tamen non tam meam quàm tuam cauſam doleo te non valere, Sed quando in quartanam conuerſa viſ eſt morbi (ſic enim ſcribit Curius) ſpero, te diligentia adhibita etiam firmiorem fore, Modò fac id quod

C 4 huma-

humanitatis tuæ est; nequid aliud cures hoc tempore; nisi vt quam commodissimè conualescas. Non ignoro quantum ex desiderio labores; sed erunt omnia facilia, si valebis, Festinare te nolo, ne nauis molestiam suscipias ager, & periculosè hieme nauiges. Ego ad urbem accessi prid. Non. Ian. Obuiam mihi sic est proditum, vt nihil fieri potuerit honoratius, Sed incidi in ipsam flammam ciuilibis discordiæ vel potius belli, cui cum cuperem mederi, & vt, arbitror; possem, cupiditates certorum hominum (nam ex vtraque parte sunt; qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt. Omnino, & ipse Cæsar, amicus noster, minaces ad senatum, & acerbas litteras miserat, & erat adhuc impudens qui exercitum, & prouinciam inuito senatu teneret; & Curio meus illum incitabat. Antonius quidem noster, & Q. Cassius nulla vi expulsi, ad Cæsarem cum Curione profecti erant, posteaquam senatus consulibus, prætoribus, tribunis pleb. & nobis qui pro consulibus sumus, negotium dederat, vt curaremus, ne quid resp. detrimenti caperet. Numquam maiore in periculo ciuitas fuit, numquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem. Omnino ex hac quoque parte diligentissimè bellum comparatur, id fit auctoritate, & studio Pompeij nostri, qui Cæsarem serò cœpit timere. Nobis inter has turbas, senatus tamen frequens flagitauit triumphum; sed Lentulus Cæs. quo magis suum beneficium faceret; simul atque expeditset, quæ essent necessaria, de rep. dixit se relaturum, nos agimus nihil cupide; eo que est nostra plaris auctoritas. Italiæ regiones descriptæ sunt, quam quisque partem tueretur, nos Capuam sumpsimus. Hæc te scire volui. Tu etiam atque et iam cura, vt valeas, litterasque ad me mittas, quotiescunque habebis, cui des. Etiam atque etiam vale. Datum prid. Id. Ian.

ARGUMENTVM.

Exorditur ab officij sui commemoratione: deinde, quid de reditu Ligarij spernetur. subiungit.

CICERO LIGARIO.

XX. 6. 14.

ME scito, omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tua salute consumere, nam cum te, semper maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos aequae atque te summa benevolentia sum complexus, singularis pietas, amorque fraternus nullum me patitur officij erga te, studijque minus, aut tempus praetermittere. Sed quae faciam, fecerimque pro te, ex illorum te litteris, quam ex meis malo cognoscere. Quid autem sperem, aut confidam, & exploratum habeam de salute tua, id tibi à me declarari volo. Nam si quisquam est timidus in magnis, periculosisque rebus, semperque magis aduersos rerum exitus metuens, quam sperans secundos, is ego sum, si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen, cum ad V. Kalend. intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Caesarem: atque omnem adeundi, & conueniendi illius indignitatem, & molestiam pertulissem, cum fratres, & propinqui tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus, quae causa, quae tuum tempus postulant, non solum ex oratione Caesaris, quae sane mollis, & liberalis fuit, sed etiam ex oculis, & vultu, & multis praeterea signis, quae facilius perspicere potui, quam scribere, hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus debita non esset. Quamobrem fac animo magno, fortique sis, & si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora late feras. Ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficillimis, neque Caesari solum, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. Vale.

ARGUMENTVM.

Ad consolandum Torantum praterita colligit, & quid ipse fecerit, quasi exemplum ad imitandum proponit.

CICERO TORANIO S. D.

XVI. 6. 25.

Etsi, cum hæc ad te scriberem, aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum & confectum videbatur: tamen quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi: solosque nos vidisse, quantum esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa, ipsa victoria futura esset acerbissima: quæ aut interitum allatura, si victus esses: aut si vicisses, seruitutem. Itaque ego, quem tum fortes illi viri, & sapientes, Dominici, & Lentuli timidum esse dicebant (& eram planè: timebam enim, ne euenirent ea, quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnem euentum paratus sum. Cum aliquid videbatur cauere posse: tum id negligi dolebam: nunc verò euerfis omnibus rebus, cum consilio profici nihil possit, vna ratio videtur, quidquid euenierit ferre proderatè. PRÆSERTIM cum omnium rerum mors sit extremum, & mihi sim conscius, me quoad licuerit, dignitate reip. consuluisse, & hæc amissa, salutem retinere voluisse. Hæc scripsi, non vt de me ipse dicerem, sed vt tu, qui coniunctissima fuisti mecum, & sententia, & voluntate, eadem cogitares, MAGNA enim consolatio est, cum recordare, etiam si secus acciderit, te tamen rectè vereque sensisse. Atque vtinam liceat aliquando aliquo reip. statu nos frui: interque nos conferre sollicitudines nostras, quas pertulimus tum cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus, nihil esse, quod timeas, præter vniuersæ reip. interitum, tibi confirmo. De me autem sic velim iudices, quantum ego possim, me tibi, salutis tuæ, liberisque tuis, summo cum studio præsto semper futurum. Vale.

Plancum ad suscipiendam, tuncdamque temp. gloria stimulis incitat.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. P.

XVII. 10. I.

BInas à te accepi litteras eodem exemplo, quod ipsum argumento mihi fuit diligentiae tuae. Intellexi enim te laborare, ut ad me tuae spectatissimae litterae perferrentur, ex quibus coepi fructum duplicem, mihi quae in comparatione difficilem ad iudicandum, amorem ne erga me tuum, an animum in temp. pluris aestimandum putarem. Est omnino patriae caritas meo quidem iudicio maxima; sed amor, voluntatisque coniunctio plus certe habet suauitatis. Itaque commemoratio tuae paternae necessitudinis; beneuolentiaeque eius, quam erga me à pueritia contulisse; ceterarumque rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerat. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de rep. queinque habiturus esses, mihi erat iucundissima: eoque maior erat haec laetitia, quod ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed planè et iam oro, quod feci ijs litteris, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente, omnique animi impetu, in temp. incumbas. Nihil est, quod tibi maiori fructui, gloriaeque esse possit. Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est praeclearius, aut praestantius, quam de rep. benemereri, adhuc enim patitur tua summa humanitas, & sapientia, me quod sentiam, liberè dicere. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus: quod quamquam sine virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea, quae es adeptus fortunae, temporibusque tribuuntur. His temporibus difficillimis, rei pub. quidquid subuenersis, id erit totum, & propriè tuum, incredibile est omnium ciuium, latronibus exceptis, odium in Antonium.

Magna spes in te, & in tuo exercitu magna expectatio; cuius per deos gratia, gloria, caue tempus amittas. Sic moneo, vt filium: sic faueo, vt mihi: sic hortor, vt, & pro patria, & amicissimum: Vale.

ARGUMENTVM.

Laudat Plancum de optima voluntate, & iudicium eius reip. pramiuq; illud a senatu honorificentissima sperare vult: operamq; in eo suam pollicetur, & hortatur, ut egregie pergat in rep. tuenda.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S.

XVIII. 10. 10.

Etsi satis ex Furnio nostro cognoueram, quæ tua voluntas quod consilium de rep. esset, tamen lectis tuis literis, liquidius de toto sensu tuo iudicavi. Quamobrem quamquam in vno prelio omnis fortuna reipub. disceperat, (quod quidem, cum hæc legeres, iam de eorum arbitror fore) tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percerebuit, magnam es laudem consecutus. Itaque si consulem Romæ habuissemus, declaratum esset à senatu cum tuis magnis honoribus, quam gratus esset conatus, & apparatus tuus. Cuius rei non modò non præterij tempus, sed ne maturum quidem etiamnum meo quidem iudicio fuit. Is enim denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur, & datur. Quare, sit modo aliqua resp. in qua honos elucere possit; omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. Is autem qui verè appellari potest honos non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem, subueni patriæ; opitulare collegæ; omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationem adiuua. Me ratorum consiliorum adiutorem, dignitatis fauorem, omnibus in rebus tibi amicissimum, fidelissimumque cognosces, ad

cas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officijs, vetustate coniuncti, patriæ caritas accessit, eaque efficit, ut tuam vitam antelestem mex. IV. Kal. Aprilis. Vale.

ARGUMENTVM.

Gratissimas fuisse Planci litteras, maximeque opportunas significat; eique auctor est, ut in rebus tam subitis consilium sentatur ne expectet, ipse à se consilium capiat.

CICERO PLANCO.

XIX. 10. 16.

Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas, Plance, litteras, redditæ sunt enim, frequenti senatu, Cornuto, cum is frigidus sanè, & inconstantes recitasset litteras Lepidi. Sub eas statim recitatae sunt tuæ, non sine magnis quidem clamoribus, cum enim rebus ipsis essent, & studijs, beneficijsque in reipub. gratissimæ, tum erat gravissimis verbis, & sententijs. Flagitare senatus institit Cornutum, ut referret statim de tuis litteris; ille se considerare ait velle, cum ei magnū conuiuium fieret cuncto à senatu, quinque tribuniplebretulerunt. Seruilius rogatus rem distulit. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensu ad unū, ea quæ surrit, ex S. C. cognosces. Tu quamquam consilio nō egēs, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reicias, neve in rebus tam subitis, tamque angustiis à senatu consilium petendum putes, ipse tibi sis senatus, quocunque te ratio reip. ducet, sequare, cures ut antè factum aliquod à te egregium audiamus, quam futurum putarimus. Illud tibi promitto, quidquid erit à te factum, id senatum non modo ut fideliter sed etiam ut sapienter factum, comprobaturum. Vale

ARGUMENTVM.

Nulli deslet suam suorumque calamitatem, eiusque vulgari

fert in amicorum consilia, vici venditionem prorsus improbat, alia quadam scribit.

M. CICERO TERENTIÆ ET TVLLIOLÆ
ET CICERONI SVIS. S. D.

XX. 14. 5.

ET litteris multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem, & fortitudinem esse, teque nec animi, nec corporis laboribus defatigari, me miserum, te ista virtute, fide, probitate, humanitate, in tantas ærumas propter me incidisse, Tulliolamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus? Nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriaque percepit, quæ si, vt tu scribis, fato facta, putarem, ferrem paullo facillius; sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant: eos non sequebar: qui petebant. Quod si nostris consilij vsi essemus, neque apud nos tantum valuisset sermo aut stultorum amicorum, aut improborum, beatissimi viuere, nunc quando sperare nos amici iubent, dabo operam, ne mea valetudo tuo labori desit, res quanta sit intelligo, quantopere fueris facilius manere domi, quam redire, sed tamen si omnes tribunos pleb. habemus, si Lentulum tam studiosum, quam videtur, si verò etiam Pompeium, & Casarem, non est desperandum De familia, quomodo placuisse amicis scribis faciemus. De loco nunc quidem iam abiit pestilentia: sed quamdiu fuit, me non attigit. Plancius homo officiosissimus me cupit esse secum, & adhuc retinet. Ego volebam loco magis deserto esse in Epiro, quo neque Hispo veniret, neque milites: sed adhuc Plancius me retinet, sperat posse fieri, vt mecum in Italiam decedat. Quem ego diem si videro, & si in vestrum complexum venero: ac si, & vos & me ipsum recuperato, satis magnum mihi fructum videbor

videbor percepisse, & vestrae pietatis, & mea. Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit esse. Utinam ea res ei voluptati sit, gloriae quidem video fore. De Q. fratre nihil ego te accusavi: sed vos, cum praesertim tam pauci sitis, volui esse quam coniunctissimos. Quibus me voluisti agere gratias, egi, & me a te certiore factum esse scripsi.

Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum vendituram, quid obsecro te (me miserum) quid futurum est? & si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Non quocum reliqua scribere (tanta vis lacrymarum est) ne te in eundem fietum adducam, tantum scribo; si erunt in officio amici, pecunia non deerit, si non erunt, tu efficere tuae pecuniae non poteris. Per fortunas miseras nostras, vide ne puerum perditum perdamus, cui si aliquid erit, ne egeat; mediocri virtute opus est, & mediocri fortuna, ut cetera consequatur. Fac valeas, & ad me tabellarios mittas, ut sciam quid agatur, & vos quid agatis. Mihi omnino iam brevis expectatio est. Tulliolae, & Ciceroni salutem dices. Valere; Datum ante diem VI. Kal. Decemb. Dyrrachij. Dyrrachium veni, quod, & libera ciuitas est & in me officiosa, & proxima Italiae, sed si offendet me, loci celebritas, alio me conferam, & ad te scribam.

ARGUMENTVM.

Scripta est haec epistula non solum dolenter, sed etiam molliter, Argumentum est multiplex, quia respondet ad varia capita litterarum Terentiae.

M. TVLLIVS TERENTIAE, ET TVLLIOIAE
ET CICERONI SVIS S. D.

XXI. 14. 14. 41.

EGo minus saepe ad vos do litteras, quam possum, propterea, quod, cum omnia mihi tempora sunt misera, tum vero cum aut scribo ad vos, aut vestras litteras

C 8 lego,

lego, conficior lacrymis sic, vt ferre non possim. Quod vitiam minus vite cupidus fuissim, certè nihil aut non multum in vita mali vidissemus, quod si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna referuabit, minus est erratum à nobis, sin hec mala fixa sunt, ego verò te quāprimùm, mea vita, cupio videre, & in tuo complexu eniori, quando neque dij, quos tu castissimè coluisti, neque homines, quos ego seruauì semper, nobis gratiam retulerunt. Nos Brundisij apud M. Lenium Flaccum dies xij, fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum, & capitis sui pro mea salute neglexerit: neque legis improbilissimæ pcena deductus est, quo minus hospitij, & amicitix ius, officiumque præliaret. Huic vtinam, aliquando gratiam referre possimus: habebimus quidem, semper. Brundisio profecti sumus, ad V. Kal. Maias: per Macedoniam Cyzicum petebamus. O me perditum, o me afflictum: quid nunc rogem te, vt venias, mulierem, ægram, & corpore, & animo confectam non rogem sine te igitur sin? Opinor sic agam. Si est spes nostri reditus, eam confirmes, & te adiuues, sin, vt ego metuo, transactum est: quoquo modo potes, ad me fac venias, vnum hoc scito: si te habebo, nō mihi videbor planè perisse, Sed quid de Tulliola mea fiet: iam id vos videte: mihi deest consilium. Sed certè quoquo modo se res habebit, illius misellæ, & matrimonio, & famæ seruiendum est. Quid Cicero meus, quid aget? iste verò sit in sinu semper, & complexu meo. Non queo iam plura, scribere impedit inæror. Tu quid egeris, nescio: vtrum aliquid teneas, an, quod metuo, planè sis spoliata. Pisonem, vt scribis, spero fore semper nostrum. De familia liberata nihil est, quod te moueat, primum tuis ita promissum est, te facturam esse, vt quisque esset meritus, est autem in officio adhuc Orpheus, præterea magnopere nemo: ceterorum seruorum, ea causa est, vt, si res à nobis abesset, liberti nostri essent, si obtinere potuissent: sin ad nos pertinerent, seruirent, præ-

præterquam oppido pauci: sed hæc mirora sunt. Tu quod me hortaris, ut animo sim magno, & spem habeam recuperandæ salutis: id velim sit eiusmodi, ut rectè sperare possimus. Nunc miser quando tuas iam litteras accipiam? quis ad me perferet? quas ego expectassem Brundisij, si esset licitum per nautas, qui tempestatem prætermittere noluerunt, Quod reliquum est, subleata te mea Terentia, ut potes, honestissime viximus, floruisimus, non vitium nostrum, sed virtus nostra nos afflixit, peccatum est nullum, nisi quod non vna animam cum ornamentis amissimus. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, nos viuere: cætera quamquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego, qui te confirmo, ipse me non possum. Clodium Philærum, quod valetudine oculorum impediabatur, hominem fidelem remisit. Sallustius officio vincet omnes spes. Pefcennius est perbeneuolus vobis: quem semper spero tui fore obseruantem. Sica dixerat se mecum fore: sed Brundisio discessit. Cura, quoad potes, ut valeas: & sic existimes, vehementius me tua miseriam, quam mea commoueri. Mea Terentia, fidissima, atque optima vxor, & mea carissima filiola, & spes reliqua nostra Cicero, valete. Prid. kal. Maias. Brundisio.

ARGVMENTVM.

Commendat summo studio T. Annium Milonem ad petitionem consulatus. Et ut impetret, quod vult, nihil omittit, quod genera commendatio requiri possit.

M. T. CICERO CVRIONI 3. P. D.

XXII. 2. 6.

Nondum erat auditum, te ad Italiam aduentare: cum Sext. Villium, Milonis mei familiarem, cum his ad te litteris misit, sed tamen cum appropinquare tuus adiutus putaretur, & te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, ut non vereremur, ne nimis

ne nimis citò mitterem , cùm has quamprimùm ad te
 perferri litteras magnopere vellemus . Ego , si mea in te
 ipso prædicari , quàm à me ponderari solent , veretundius
 à te , si qua magna res mihi petenda esset , commenda-
 rem . Graue est enim homini prudenti petere aliquid ma-
 gnum ab eo , de quo se bene meritum putet , ne id , quod
 petat , exigere magis , quàm rogare , & in mercedis po-
 tiùs , quàm beneficij loco numerare videatur . Sed quia tua
 in me vel nota omnibus , vel ipsa nouitate meorum tem-
 porum clarissima , & maxima beneficia exstiterunt . Estque
 animi ingenui , cui multum debeas , eidem plurimum vel-
 le debere : non dubitavi id à te per litteras petere , quod
 mihi omnium esset maximum , maximeque necessarium ,
 neque enim sum veritus , ne sustinere tua in me vel innu-
 merabilia beneficia non possem , cùm præsertim confide-
 rem nullam esse gratiam tantam , quam non vel capere
 animus meus in accipiendo , vel in remunerando , cumu-
 landoque illustrare posset . Ego omnia mea studia , omnem
 operam , curam , industriam , cogitationem , mentem deni-
 que omnem in Milonis consulatu fixi , & locaui , statuique
 in eo me nõ officij solum fructum : sed etiam pietatis lau-
 dem debere querere . Neque vero cuiquam salutem , ac for-
 tunas suas tantæ curæ fuisse vnquam puto , quantæ mi-
 hi sit honor eius , in quo omnia mea posita esse decreui .
 Huic te vnum tanto adiumento esse , si volueris , posse in-
 telligo , vt nihil sit præterea nobis requirendum . Habemus
 hæc omnia , bonorum studium , conciliatum ex tribuna-
 tu , propter nostram (vt spero te intelligere) causam : vul-
 gi , ac multitudinis , propter magnificentiam munerum ,
 liberalitatemque naturæ : iuuentutis , & gratiosorum ,
 suffragijs , propter ipsius excellentem in eo genere vel
 gratiam , vel diligentiam : nostram suffragationem , si-
 minus potentem , approbatam tamen , & iustam , & debi-
 tam , & propterea fortasse etiam gratiosam . Dux nobis
 , & auctor opus est , & eorum ventorum , quos pro-
 posui ,

posui, moderator quidam, & quasi gubernator. Quis si omnibus vnus exoptandus esset, quem tecum contere possimus, non habere mus. Quamobrem si me memorem, si gratum, si bonum virum, vel ex hoc ipso, quod tam vehementer de Milone laborem, existimare potes: si dignum denique tuis beneficijs iudicas; hoc a te peto, vt subueniat huic meae sollicitudini, vt huic meae laudi, vel (vt verius dicam) prope salutem tuum studium dicas. De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiae; benevolentiaeque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse nomen. Mihi verò tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, vt eundem te facile agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute. Ego, in te videre scirem, cum haec ad te scriberem, quantum officij sustinerem, quantum mihi esset in hac petitione Milonis omni non modò contentione, sed etiam dimicatione elaborandum; plura scriberem. Nunc tibi omnem rem, atque causam; meque totum commendo atque trado. Vnum hoc sic habeto, si à te hanc rem impetrato, me peenè plus tibi, quam ipsi Miloni debiturum. Non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua praecipue sum ab illo adiutus, quam pietas erit in referenda gratia, iucunda. Eam autem vnus tui studio me assequi posse confido. Vale.

ARGVMENTVM.

Hanc scripsit in Cilicia, cum esset praefectus. Gratulatur Curioni de tribunatu. Hortatur ad boni cuius officium, de sacerdotio Curionis quidam interserit. postremò rogatur quid sibi temporis prerogari ad prouincia administrationem patiantur.

SEra gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est: longè enim absum, audio fero. Sed, & tibi gratulor, & ut sempiternæ laudi, tibi sit iste tribunatus, exopto, teque hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum consilia. Nemo est, qui tibi sapientius suadere possit te ipse: nunquam labere, si te audies. Non scribo hoc temere; cui scribam video, noui animum, noui cõsiliũ tuum. Non vereor, ne quid timidè, ne quid suuè facias, si ea defendes, quæ ipse rectè esse senties. Quòd in id resp. tempus non incidetis, sed veneris (iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum) profecto vides, quanta vis in rep. temporum sit, quanta varietas rerum, quam incerti exitus, quam flexibiles hominum voluntates, quid insidiarum, quid vanitatis in vita sit, non dubito quin cogites, quid amabo te cura, & cogita nihil noui, sed illud idem, quod initio scripsi; tecum loquere, te adhibe in consiliũ, te audi, tibi obtempera. Alteri qui melius dare consiliũ possit, quam tu, non facile iuueniri potest; tibi verò ipsi certè nemo melius dabit. Dij immortales; cur ego non adsum vel spectator laudum tuarum, vel particeps, vel socius, vel minister consiliorum, tamen hoc minime tibi deest, sed ramen efficeret magnitudo, & vis amoris mei, consilio te ut possem iuare. Scribam ad te plura alias; paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarios, ut, quoniam sanè feliciter, & ex mea sententia resp. gessimus, vnis litteris totius æstatis res gestas ad senatum perscribere. De sacerdotio tuo quantum curam adhibuerim, quæquam difficili in re, atque causa, cognoscet ex ijs litteris, quas Thrasoni, liberto tuo, dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me beneuolentia mea-
que

IONI

que item in te singulari rogo atque oro, ne patiari mihi quidquam ad hanc provinciam molesta temporis prorogari. Præfens tecum egi, cum te tribunumpl. isto anno fore non putarem; temque petiui sæpius per litteras, sed tum quasi à senatore nobilissimo, & adolescente gratiosissimo, nunc à tribunopl. & à Curione tribuno; non ut decernatur aliquid novi, quod solet esse difficilius, sed ut ne quid novi decernatur, & ut S.C. & leges defendas, eaque mihi conditio maneat, qua profectus sum. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

ARGUMENTVM.

Gratulatur Cælio, quòd superatis competitoribus, Ædilis curvulus designatus sit.

M. T. CIC. PROCOS M. COEL. RVFO
ÆDILI CVR. DES. S. D.

XXIV. 2. 9.

PLurimum tibi, ut debeo, gratulor, lætorque cum præfenti, tum etiam sperata tua dignitate, seruis, non negligentia mea, sed ignoratione rerum omnium. In his enim sum locis quò, & propter longinquitatem, & propter atrocina tardissimè omnia perferuntur: & cum gratulor, tum verò quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, quod ita factus sis, ut dederis nobis, quemadmodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus. Itaque cum primùm audiui, ego ille ipse factus sum (scis quem dicam) egique omnes illos adolescentes, quos ille iactitat, difficile est loqui. Te autem contemphas absentem, & quasi tecum eam loquerer. Non, & de pol' quantã egeris rem, neque quantum facinus feceris, quod quia præter opinionem mihi acciderat, referebam ad illud. Incredibile hoc factu obijcitur. Repente verò incessi omnibus lætitijs, in quo cum obiurgarer, quòd nimio gaudio p'tere desiperem, ita me defendebam; Ego voluptatem

tatem animi nimiam, quid quaris? dum illum rideo, pœne sum factus ille, Sed hæc pluribus, multa que alia, & de te, & ad te, cum primum ero aliquid otij nactus. Te verò mi Rufe diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, vltorem non modò inimicorum, sed etiam inuidorum meorum: vt eos partim scelerum suorum partim etiam ineptiarum pœniteret. Vale.

ARGVMENTVM.

Exspectari à se scribit L. Clodium cum Apj mandatis, mutam benevolentiam, eiusque causas commemorat.

M. T. C. PROCOS. APPIO FVLCHRO IMP. S. P. D.
XXV. 3. 4.

Pridie Nonas Iun. cum essem Brundisij, litteras tuas accepisti in quibus erat scriptum, te L. Clodio mandasse, quæ illum mecum loqui velles, cum sanè expectabam, vt ea, quæ à te a ferret, quam primùm cognoscerem. Meum studium erga te, & officium tamen multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in ijs maximè declarabo, quibus plurimum significare potuero, tuam mihi existimationem, & dignitatem carissimam esse. Mihi, & Q. Fabius Virgilianus, & C. Flaccus L. F. & diligentissime M. Octavius Cn. F. demonstravit me à te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram, maximeque illo libro augurali, quem ad me amantissime scriptum, suauissimum misisti. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Nam, cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris: feci, tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum, duos enim duarum ætatum, plurimi facio, Cn. Pompeium filix tuæ socerum, & M. Bratum generum tuum. Collegij quoque coniunctio, præsertim tam honorificè à te approbata, non mediocere vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras

nostras copulandas. Sed si Clodium conuenero, ex illius sermone ad te scribam plura; & ipse operam dabo, te ut quamprimum videam. Quod scribis, tibi manendi causam eam fuisse, ut me conuenires: id mihi, ne mentiar, gratum est. Vale.

ARGUMENTVM.

Cum esset Appio successer in Cilicia administratione creatus, rogat eum, provinciam sibi quam maxime aptam, explicatamque tradat, quo sit ei facilius administrandi ratio.

M. T. CICERO PROCOS. APPIO

PVLCHRO IMP. S. D.

XXVI. 3. 2.

Cum, & contra voluntatem meam, & præter opinionem accidisset, ut mihi cum imperio in provinciam proficisci necesse esset: in multis, & varijs molestijs, cogitationibusque meis hæc vna consolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam posset succedere, neque ego ab vilo provinciam accipere, qui mallet eam mihi quam maxime aptam, explicatamque tradere. Quod si tu quoque eandem de mea voluntate erga te spem habes, ea te profecto nunquam faller. A te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuæque singulari humanitate etiam atque etiam peto, & quaeso, ut quibuscumque rebus poteris (poteris autem plurimis) prospicias, & consulas rationibus meis, vides, ex S. C. provinciam esse habendam, si eam (quoad eius facere potueris) quam expeditissimam mihi tradideris. Facilius erit mihi quasi decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere possis, tui consilij est, ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem oratione expectaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur.

retulit. Hoc velim tibi per te addeas, si rationalis es, meis à te
 pronuntium esse intellexero, magis autem te ex eo, & per te, quam
 voluptatem esse capturum. Vale.

ARGUMENTVM.

*Disputat, utrum manendum sit in Italia, an ad Pompeium
 in Graciam nauigandum; quorum alterum utilius, alterum
 honestius aut esse; concludit, difficilem esse deliberationem, si
 tamen discessionem magis probare.*

M. T. CICERO SERUIO SV. PICIO S: D.

XXVII. 4. 2.

AD III. Kal. Maias cum essem in Cumano accepi tuas
 litteras: quibus lectis, cognoui non satis prudenter fe-
 cisse Philotimū, qui cum abs te mandata haberet, ut scribis,
 de omnibus rebus, ipse ad me non venisset, litteras tuas
 misisset, quas intellexi breuiores fuisse, quod cum perlaturū
 putasses. Sed tamen postquam litteras tuas legi, Post umia
 me conuenit, & Seruius noster. His placuit: ut tu in Cuma-
 num venires; qui etiam mecum, ut ad te scriberē, egerunt.
 Quod meū cōsiliū exquiris, id est tale, ut capere facilius
 ipse possim, quam alteri dare, quid enim est, quod audeam
 tuadere tibi homini summa auctoritate, summaque prudētia
 si, quid rectissimū sit, quæritur, perspicuū est; si, quid ma-
 ximè expediat, obscurū. Sin ij sumus, qui profectō debe-
 mus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum, hone-
 stumque sit, non potest esse dubium, quid faciendum non sit.
 Quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua:
 certe similis in utroque nostrum, cum optime sciretremus, er-
 ror fuit, nam omnia vtriusque consilia ad concordia specta-
 uerūt, qua cum ipsi Cæsari nihil esset utilius, gratia quoque
 nos inique ab eo, defendenda pace arduerabamur. Quan-
 tum nos lesellerit, & quem in locum res deducta sit, videt
 reque solum ea perspicis, quæ geruntur, quæque iam gesta
 sunt, sed etiā qui cursus terram, qui exitus futurus sit. Ergo
 aut

aut probare oportet ea, quæ sunt aut interesse, etiam si nõ probes, quarum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. Restat ut discedendum putem; in quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur. Omnino cum inferior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior, nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, si videbitur, ita censeo, facias, ut si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non fit coniunctum consilium tuum cum meo, superferdas hoc labore itineris; sin autem utem est, quod mecum communicare velis, ego te expectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quam primùm velim venias, sicut intellexi, & Servio, & Postumix placere. Vale.

ARGUMENTVM.

Satis patebit huius epistola argumentum si lector sciat scriptam esse, cum Casar, pulso ex Italia Pompeio, bellum contra Pompeij legatos in Hispaniam pararet. Respondet Sulpicio congregatum petenti.

M. T. CICERO SERVIO SVPICIO S. P. D.

XXVIII. 4. 5.

CAius Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit, te ex se quæsisse, quibus in locis essem; molesteque ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem accessissem non vidisses, & hoc tempore velle te mecum, si propius accessissem; de officio utriusque nostrum communicare. Utinam, Servi, salvis rebus (sic enim est dicendum) colloqui potuissemus inter nos; profectò aliquid opis occidenti reip. culissemus. Cognoram enim iam absens te hæc mala multò antè providentem, defensorem pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. Ego autem cum consilium tuum probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam; serò enim veneram; solus, etiam; rudis esse videbar in causa; incideram in hominum

num pugnandi cupidorum insanias. Nunc quoniam nihil iam videmur posse opitulari reip. si quid est, in quo nobismetipsis consulere possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut quam honestissime lugeamus, nemo est omnium, qui cum potius mihi, quam tecum communicandum putem, nec enim clarissimorum, quorum virorum similes esse debemus, exempla; neque doctissimorum, quos semper coluisti, præcepta, fugiunt. Atque ipse antea ad te scripsissem, te frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum esse venturum: ni veritus essem, ne eius animum offenderem, qui à me, ut te imitarer, petebat. Cui quidem ego, cum me rogasset, ut adessem in senatu, eadem omnia, quæ à te de pace, & de Hispanijs dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Rem vides quomodo se habeat; orbem terrarum imperijs distributis ardere bello; urbem sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine fide; relictam direptioni, & incendijs, itaque mihi venire in mentem nihil potest, non modò quod sperem, sed vix iam quod audeam optare. Sin autem tibi homini prudentissimo videtur vtile esse, nos colloqui, quamquam longius etiam cogitabam ab vrbe discedere (cuius iam etiam nomen inuitus audio) tamen propius accedam. Trebatio mandauit, ut, si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret; idque ut facias velim, aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas, ne aut tibi ex vrbe necesse si aut mihi accedere. Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo, ut exploratum habeam, quidquid nos communi sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. Vale.

ARGUMENTVM.

Sulpicium Achaia à Cesare præfectum, consolatur in dolere, quem ex reip. calamitate capiebat Scripta est epistola post vicium Pompeium.

M. T.

M. T. CICERO SERUIO SVLPICIO S. D.

XXIX. 4. 3.

VEhementer esse sollicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodam dolore angî, multi ad nos quotidie deferunt, quod quamquam minimè miror, & meum quodammodo agnosco, doleo tamen, te sapientia prædium, prope singulari, non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare. Me quidem, nisi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, & peste reip. molestiam traxerit, tamen multa iam consolantur; maximeque conscientia consiliorum meorum, multò enim ante, tamquam ex aliquo speculo, prospexi tempestatem futuram; reque id solum mea spontè, sed multò etiam magis momento, & denuntiante te. Etsi enim absui magnam partem consulatus tui; tamen, & absens cognoscebam quæ esset tua in hoc pestifero bello cœuendo, & prædicendo sententia; & ipse absui primis temporibus tui consulatus, et n. accuratissimè monuisti senatum, collectis omnibus bellis civilibus, ut, & illa timerent, quæ meminissent, & scirent, cum superiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles fuissent, quicunque postea tempus, oppressisset armis, multò intolerabiliorem futurum. NAM quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, & aliquid, atque adeò multa addunt, & afferunt de suo. Quare meminisse debet eos, qui auctoritatem, & consilium tuum, non sunt secuti, sua stultitia occidisse et in tua prudentia salui esse potuissent. Dices, Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi parietinis reip? Est omnino vix consolabilis dolor tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi, sed tamen, & Cæsar ipse ira de te iudicat, & omnes ciues sic existimât, quasi lumè aliquod, extinctis ceteris, elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Hæc tibi ad leuandas molestias magna

M. T.

gna esse debent. Quod autem à tuis abes, id eò, leuius ferendum est, quòd eodem tempore à multis, ac magnis molestijs abes: quas ad te omnes perscriberem, nisi uererer, ne ea cognosceres absens, quæ quia non uides, mihi uideris meliore esse conditione, quam nos, qui uidemus. Haëtenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres ipsæ de rebus, quibus leuari possent molestiæ tuæ. Reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, neque minima solatia, & (ut quidem ego sentio) multò maxima, quæ ego ipse, experiens quotidie sic probò, ut ea mihi salutem afferre uideantur. Te autem ab initio ætatis memoria teneo summè omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaque, quæ à sapientissimis ad bene uitendum tradita essent, summo studio, curaque didicisse: quæ quidem uel optimis rebus, & usui, & delectationi esse possent: his uerò temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. Nihil faciam insolenter: neque te tali uel scientia, uel natura præditum hortabor, ut ad eas te referas artes, quibus à primis temporibus ætatis studium tuum dedisti, tantùm dicam, quòd te spero approbaturum, me postea quam illi arti, cui studueram, nihil esse loci, neque in curia, neque in foro uiderem, omnem meam curam atque operam ad Philosophiam contulisse. Tuæ scientiæ excellenti, ac singulari non multò plus, quam nostræ relictum esse loci. Quare non equidem te monco: sed mihi ita persuasi, te quoque in ijsdem uersari rebus, quæ, etiam, si minus prodescent, animum tamen è sollicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, in qua ego me scripsi acquiescere ita uersatur, ut excellat: à me uerò sic diligitur, ut tibi unì concedam, præterea nemini; mihi que ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quòd facile appareat, quòd me colat, & obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

ARGVMENTVM,

Petit, vt de suis rebus gestis quàm honorificentissimè decernendum cura: suamque illi etiam ceteris in rebus existimationem commendat.

M. CICERO IMP. L. PAVLLO COS. S. D.

XXX. 15. 13.

MAXIMÆ mihi fuit optatum, Romæ esse tecū multas ob causas sed præcipuè vt, & in petèdo, & in gerendo consulatu, meum tibi debitum studium perspicere posses. Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi sèper fuit explorata: sed tamen nauare operam volebam. In cōsolatu verò cupio equidè te minus habere negotij: sed molestè fero, me consulem tuum studium adolescentis perspexisse, te meum, cum id ætatis sim, perspicere nō posse. Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, vt tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat præter voluntatem. Ornasti consulatum, ornasti reditum meum; incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. Itaque cum, & tua summa amplitudo, & dignitas, & meus magnus honos, magnaque existimatio postulare videatur, vt à te pluribus verbis contèdam, ac petam, vt quam honorificentissimum S. C. de meis rebus gestis faciendum cures, non audeo vehementer à te contendere, ne aut ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. Quare, vt te velle arbitror, ita faciam; atque ab eo, quem omnes gentes sciunt de me optimè meritum breuiter petam. Si alij consules essent, ad te potissimum Paulle mitterem, vt eos mihi quàm amicissimos redderes; nunc cum tua summa potestas, summaque auctoritas, notaque omnibus nostras necessitudo sit, vehementer te rogo, vt, & quàm honorificentissimè cures decernendum de meis rebus gestis, & quàm celerrimè, dignas res esse, & honore, & gratulatione

tione cognosces ex ijs litteris, quas ad te, & collegam, & senatum publicè misi, omniumque mearum reliquarum, rerum: maximeque existimationis meæ procuracionem susceptam, velim habeas: imprimisque tibi curæ sit, quod abs te superioribus quoque litteris petiui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te consulem videre, omniaque, quæ spero, cum absens, tum etiam præsens te consule assequi. Vale.

ARGUMENTVM.

Cupidum se esse significat Messinij videndicumque hortatur, vt acerbitatem temporum litterarum studio, optimaque conscientia recordatione mitiget.

M. CIC. S. D. L. MESSINIO.

XXXI. §. 12.

GRATÆ mihi tuæ litteræ fuerunt: ex quibus intellexi, quod etiam sine litteris arbitrabar, te summa cupiditate a seclum esse videndi mei. Quod ego ita libenter accipio, vt tamen tibi non concedam, nam, tecum esse, ita mihi omnia, quæ opto, contingant, vt vehementer velim, etenim cum esset maior, & virorum, & ciuium bonorum, & iucundorum hominum, & amantium mei copia, tamen erat nemo, quo cum essem libentiùs, quàm tecum: & pauci, quibuscum essem æquè libenter, hoc verò tempore, cum alij interierint, alij absint, alij mutati voluntate sint, vnum mediis fidius tecum diem libentius posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum viuo necessariò. Noli enim existimare, mihi non solitudinem iucundiorē esse, quæ tamen ipsa vt non licet, quàm sermones eorum, qui frequentant domum meam, aut excepto vno, aut summum altero. Itaque vt eodem perfugio, quod tibi vtendum, censeo, litterulis nostris, præterea etiam conscientia consiliorum meorum, ego enim is sum, quem admodum tu facillimè potes existimare, qui nihil vnequam mea potius,

tius quàm meorum civium causa fecerim : cui nisi si uidi-
 dissestis , quem tu nunquam amasli (me enim amabis) &
 ipse beatus esset ; & omnes boni . Ego sum , qui nullius vim
 plus valere volui , quàm honestum otium , idemque cum
 illa ipsa arma , quæ semper timueram , plus posse sensi ,
 quàm illum consensum honorum , quem ego idem esse-
 ceram , quavis tuta conditione pacem accipere malui ,
 quàm viribus cum valentiore pugnare . Sed , & hæc , &
 multa alia coram breui tempore licebit , neque me tamen
 vlla res alia Romæ tenet , nisi expectatio rerum Africa-
 narum , videtur enim mihi res in propinquum adducta
 discrimen . Puta autem non nihil mea interesse : (quam-
 quam id ipsum , quid intersit , non sanè intelligo) verum-
 tamen quidquid illinc runtiatum sit , non longè abesse
 velim à consilijs amicorum , est enim res ipsa iam in eum
 locum adducta , vt quamquam multum intersit inter eo-
 rum causas , qui dimicant , tamen inter victorias non
 multum interfuturum putem . Sed planè animus , qui du-
 bijs rebus forsitan fuerit infirmior , desperatis confirma-
 runt : ex quibus intellexi quàm fortiter iniuriam
 ferres ; iuuitque me , tibi cum summam humanitatem ,
 tum etiam tuas litteras profuisse . Verum enim scribam :
 teneriore mihi animo videbare , sicut omnes ferè , qui vi-
 ta ingenua , in beata ciuitate , & libera viximus . Sed vt
 illa secunda moderate tulimus , sic hanc non solùm auer-
 sam , sed etiam funditus eversam fortunam fortiter fer-
 re debemus ; vt hoc saltem in maximis malis boni conse-
 quamur , vt mortem , quam etiam beati contemnere de-
 bebamus , propterea quòd nullum sensum esset habitura
 , nunc sic affecti non modò contemnere audeamus , sed
 etiam optare . Tu , si me diligis fruere isto otio : tibi que
 persuade , præter culpam , ac peccatum , quo semper car-
 tuisti , & carebis , homini accidere nihil posse , quod sit
 horribile aut per timentum . Ego , si videbitur rectè fieri pos-

ri posse, ad te veniam breui, si quid acciderit, vt mutandum consilium sit, te certiozem faciam statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, vt istinc te ne moueas, tam infirma valetudine, nisi ex me prius quesieris per litteras, quid te velim facere. Me velim, vt facis, diligas; valetudinique tuæ, & tranquillitati animi seruias. Vale.

ARGVMENTVM.

Dolabellam laudibus extollit, quia columnam in foro Casari quasi deo, erectam, euerterat. Vide lib. XIV. ad Atticum, & Lactantium lib. I. cap. XV.

CICERO DOLLABELLÆ COS. S. D.

XXXII. 9. 14.

Etsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satisque ex ea magnam lætitiã, voluptatemque capiebam: tamen non possum non confiteri, cum alari me maximo gaudio, quod vulgo, hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus, neminem conueni, (conuenio autem quotidie plurimos; sunt enim permulti optimi viri, qui, valetudinis causa, in hæc loca conueniant, præterea ex municipijs frequentes necessarij mei) quin omnes, cum te summis laudibus ad cœlum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis, & consilij obtemperans, præstantissimum te ciuem, & singularem consulem præbeas. Quibus ego quamquam verissimè possum respondere, te, quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio; tamen neque planè assentior, ne imminentiam laudem tuam, si omnis à meis consilij profecta videatur; neque valdè nego, sum enim audior etiam, quam satis est gloriæ. Est tamen non alienum à dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum; habere aliquem in consilij capiundis Nestorem: mihi verò gloriosum, te iuuenem consulem florere laudibus, quasi

quasi alumnum disciplinae meae. I. quidem Caesar, cum ad eum agrorum Neapolim venissem, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen ante, quam me planè salutavit, O mi Cicero, inquit gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolabellam, quantum si ego apud sororis filium valerem, iam salui esse possemus. Dolabellæ verò tuo, & gratulor, & gratias ago: quem quidem post te consulem, solum possumus verè cōsulem dicere. Deinde multa de facto, ac de re gesta: tum nihil magnificentiùs, nihil præclariùs actum, nihil reip. salutariùs, atque hæc vna vox omnium est. A te autem peto, vt me nanc quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ sinas cernere, meque alia ex parte in societatem tuarum laudum venire patiari: quamquam, mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omnes meas, si modo sunt aliquae meae laudes, ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis, nam cum te semper dilexerim, quantum tu intelligere potuisti: tum tuis his factis sic incensus sum, vt nihil vnquam in amore fuerit ardentius. Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amari, vt scis, M. Brutum, propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem, atque constantiam; tamen Idibus Martijs tantum accessit ad amorem, vt mirarer, locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatam esse videbatur, quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Quare quid est, quod ego te hortor, vt dignitati, & gloriæ seruias? proponam tibi claros viros, quod facere scient, qui hortantur? neminem habeo clariorè, quam te ipsum, te imitèrè oportet, tecum ipse ceteres. Ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tui similem esse, quòd cum ita sit, hortatio non est necessaria gratulatione magis vtendum est, contigit enim tibi, quod

D

haud

haud scio, an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuæ: sed contigit magnitudine cum animi, tum etiam ingenij, atque consilij, legi enim contionem tuam, nihil illa sapientius: ita pederentim, & gradarim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus: vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu daret. Liberasti igitur & urbem periculo, & ciuitatem metu, neque solum ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum, quò facto intelligere debes, in te repositam esse, remp. tibi que non modò tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, à quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, vt spero. Tu quando remp. nosque conferuas, fac vt diligentissimè te ipsum mi Dolabella, custodias. Vale.

ARGVMENTVM.

Rogat, vt sui absentis desiderium crebris, & longis epistolis leniat: enumerat Trebonij erga se officia: exponit de Caluo iam mortuo quid sentiat: perisse enim Caluum ante, quam hac epistola scriberetur, id est, ante Casaris necem. patet ex libro, qui Brutus inscriptus est.

M. CICERO TREBONIO S. P. D.

XXXIII. 15. 21.

ET epistolam tuam legi libenter: & librum libentissimè. Sed tamen in ea voluptate hunc accepi dolorem, quòd cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostræ (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum discedis à nobis, meque tanto desiderio afficis, vt vnam mihi consolationem relinquas, fore vt vtriusque nostrum absentis desiderium crebris, & longis epistolis leniatur, quod ego non modo de me tibi

spondere

spondere possum, sed de te etiam mihi, nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares. Nam ut illa omittam quæ civitate teste fecisti, cum mecum inimicitias communicasti, cum me concionibus tuis defendisti, cum quaestor in mea, atque in publica causâ consulum partes suscepisti, cum tribuno plebis quaestor non paruisti, cui tuus praesertim collega pareret; ut hæc recentia, quæ meminero, semper obliuiscar, quæ tua sollicitudo de me armis, quæ letitia in reditu, quæ curæ, qui dolor, cum ad te curæ, & dolores mei perferrentur? Brundisium denique ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses; ut hæc igitur omittam, quæ mihi tantæ æstimanda sunt, quanti vitam æximo, & salutem meam: liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui? Primum, quod tibi factum videtur, quidquid ego dixi, quod alijs fortasse non item deinde: quod illa, siue faceta sunt, siue fecus, sunt narrante te venustissima: quin etiam antè, quàm ad me veniat, risus omnis pœnè consumitur: Quod si in his scribendis nihil aliud, nisi, quod necesse fuit, de vno me tamdiu cogitavisses: ferreus essem, si te non amarem. Cum verò ea, quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non poteris, non possum existimare plus quemquam a seipso, quàm me à te amari. Cui quidem ego amori, utinam ceteris rebus possem, amore certè respondebo: quo tamen ipso tibi confido me facturum satis. Nunc ad epistolam venio cui copiosæ, & suaviter scriptæ, nihil est quod multa respondeam. Primum enim ego illas Calvo litteras misi, non plus, quam has quas nunc legis, existimans exituras, aliter enim scriberemus, quod eos solos, quibus mittimus, aliter, quod multos lecturos putamus, deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id verè potuisse fieri putas: Primum quod ita iudicabam, acutè morebatur, genus quoddam sequebatur, in quo, iudicio lapsus, quo valebat, tamen alloquebatur quod proba-

ret, multæ erant, & reconditæ litteræ; vis non erat, ad eam igitur hortabar. In excitando autem, & in acuendo plurimum valet, si laudes eum quem cohortere. Habes de Caluo iudicium, & consilium meum; consilium, quod hortandi causa laudavi; iudicium, quod de ingenio eius valde, existimaui bene. Reliquum est, ut tuam profectio- nem amore prosequar, reditum spe expectem, absentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis, accipiendisque leniam. Tu velim tua in me studia, & officia multum tecum recordere, quæ cum tibi liceat, mihi nefas sit obliuisci, non modò virum bonum me existimabis, verùm etiam te à me amari plurimum iudicabis. Vale.

SENTENTIÆ ALIQVOT M. T. CICERONIS
Pia, & cum Religione Christiana non male congruentes.

DEI providentia mundus administratur.
DEVM agnoscimus ex operibus eius.

Quis est tam vecors, qui cum suspexerit in calum,
DEVM esse non sentiat?

IGNORARE DEVS non potest, qua quisque mente sit.

DEVS hominum commoda vitamque tuctur, & quilibet quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, intuetur, piorumque, & impiorum habet rationem.

PARENTES carissimos habere debemus.

Nemo parricidæ supplicio, misericordia commouetur.

HOMINIS mens discendo alitur.

Discendi voluptas potiùs est quàm labor.

Omnis

Omnes discendi studio tenentur .

Optima discenda sunt . Turpe est nescire Latine .

Scientiâ nulla est res præstantior .

*QVID est optabilius scientiâ? quid præstantius? quid
melius? quid homine dignius?*

Diligentia in omnibus rebus plurimum valet .

Cælestia semper spectato, humana contemnit .

Propter virtutem iure laudamur .

Nihil est tam contra naturam, quam turpido .

*Malorum esca, voluptas, qua homines capiuntur, ve
hamo pisces .*

*Nulla capitalior pestis, quàm corporis voluptas: impe-
dit enim consilium: rationi inimica .*

*IMPROBO bene esse non potest . Impij pœnas
luunt .*

Animi conscientia, improbi semper cruciantur .

Peccare licet nemini .

*Cuiusvis est hominis errare: nullius, nisi insipientis,
perseverare in errore .*

*QVI non defendit iniuriam, neque propulsat à suis,
tum potest, iniuste facit .*

Accipere præstat, quàm facere iniuriam .

*Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam
arbitremur. A recta conscientia non oportet quemquam
in omni vita discedere .*

*Exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim,
& fecerim commemoro vesperi .*

*NIHIL est amabilius virtute, nihil quod magis
alli-*

alliciat homines ad diligendum .

Modus est optimus. Sit in victu temperantia.

Mente recte uti non possumus, multo cibo, & potione completi. Temperantia, libidinum inimica. Vercundia custos virtutum omnium .

Iustitia virtus, omnium est domina, & regina virtutum. Pura religione DEVM cole.

Pietas est fundamentum omnium virtutum, Pietas grata est DEO .

NIHIL est laudabilius placabilitate, & clementia .

Est hominum natura maxime inimica crudelitas .

Qui se metui volent, à quibus metuntur eosdem metuunt ipsi necesse est.

Amicitia colenda est, & omnibus rebus humanis anteponenda .

Turpis est assentatio. Omnes aliud agentes, aliud simulant, perfidi, improbi, malitiosi sunt.

Monere, & moneri proprium est verae amicitiae .

In Graecorum proverbio est, amicorum omnia esse communia .

LIBERALITATE nihil est naturae hominis accommodatius. Prodigii vituperandi. Referenda est bene meritis gratia. Omnes, immemores beneficii oderyunt .

Præclare Ennius: Benefacta male collocata, malefacta arbitror. Fortes, & magnanimi nihil extimescunt, omnia humana despiciunt: nihil quod homini accidere possit, intolerandum putant. Cauenda est gloriae cupiditas .

Odiosa

Odiosa est arrogancia. Temeritas à sapientia diffidet plurimum. Temeritas, & audacia stultorum, & improborum est. In virum bonum non cadit mentiri. Male parta, male dilabuntur. Magnum vestigal parsimonia. Diues est, qui suo contentus nihil sibi deesse putat.

Contentum suis rebus esse, maxime sunt, certissimaque diuitiæ. Auari, quoniam plus semper appetunt, pauperes aestimandi sunt. Numquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Appetitus rationi pareat. Potest quidquam esse absurdius, quam quo minus via restat, eo plus viatici quaerere. Quis est, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum. Virum viuere, an mori sit melius, DEVS scit: hominem quidem arbitror scire neminem. A malis mors abducit, non à bonis.

Nisi DEVS istis te corporis custodijs liberauerit, ad caelum aditus patere non potest, nec enim iniussu eius ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum à DEO defugisse videamur.

Non me vixisse paenitet (inquit senex ille Cato) quoniam ita vixi, vt frustra me natum non existimem, & ex hac vita discedo tamquam ex hospitio, non tamquam ex domo, commorandi enim natura diuersorium, non habitandi dedit.

Libidinosa, & intemperans adolescentia, affectum corpus tradit senectuti. Qui rectè, & honestè curriculum viuendi à natura datum confecerit, ad astra facile

reuerteretur, ubi beati sempiterno auro fruuntur .

Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo; animus enim qui plus cernit, & longius videt se ad meliora proficisci; ille autem, cuius obtusior sit acies, non videt. Quid habet vita commodi, quid non potius laboris .

F I N I S .






x-rite

colorchecker



MSCCPPCC0613



MSCCPPCC0613